 1, 14 j. I Pierre 5, 7

80 potest fatigari, quominus expleat omnem indigentiam  
meam. Quam satius, quam securius est ipsum esse solli-  
105 A *in Domino quam in homine* <sup>k</sup>, quam *iure maledictus qui*  
*confidens in homine carnem ponit brachium suum et*  
85 *recedit a Domino cor eius* <sup>l</sup>. Et quidem *egenus et pauper*  
*ego sum* <sup>m</sup>; sed si *Dominus sollicitus est mei* <sup>n</sup> dives  
sum, beatus sum, cui nimirum *omnia cooperantur in*  
*bonum* <sup>o</sup>.

*Sperent igitur in te qui noverunt nomen tuum quoniam*  
90 *non derelinquis sperantes in te Domine* <sup>p</sup>; *sedeatque*  
*populus tuus, sicut scriptum est, in pulchritudine pacis,*  
*in tabernaculis fiduciae, in requie opulenta, in securitate*  
*sempiterna* <sup>q</sup>. *Omnino pulchra pax et securitas sempi-*  
95 *terna habitare in adiutorio Altissimi, in protectione Dei*  
105 B *coeli commorari* <sup>r</sup>. Prorsus *requies opulenta sedere*  
*feriatum sub vite vera ficu* <sup>s</sup> et *oliva, et post saturitatem*  
*variorum fructuum seipsum mulcere carmine amatorio*  
*ac dicere : Sub umbra illius quem desiderabam sedi et*  
*fructus illius dulcis gutturi meo* <sup>t</sup>. *Plane dulcis gutturi*  
100 *fructus, de cuius gustu tam dulcis erumpit ructus.*

4. Haec sunt ergo tabernacula fiduciae, in quibus  
verus Israël habitat confidenter, pascit et cubat et non  
est qui exterreat <sup>u</sup>; et sicut sapientia promittit, *requies-*  
*cens absque terrore abundantia perfruitur, malorum timore*  
105 *sublato* <sup>v</sup>.

Et bene timore malorum sublato, non timore Domini,  
ne fiducia ista et securitate quam commendamus negli-

84 confidens : confidit *Mab.* || 103 requiescens : requiescet *Mab.* || 104  
perfruitur : perfructur *Mab.*

k. Ps. 117, 8    l. Jér. 17, 5 (confidens : confidit *Vlg*)    m. Ps. 69, 6  
n. Ps. 39, 18    o. Rom. 8, 28    p. Ps. 9, 11    q. Is. 32, 17.18    r. Ps.

veillance lassée qu'il n'ait satisfait à tous mes besoins.  
Comme il vaut mieux, comme il est plus sûr que ce soit  
lui plutôt que moi qui prenne soin de moi ! Comme il  
est bon de se fier au Seigneur plutôt qu'à l'homme <sup>k</sup> !  
Comme il est juste que soit maudit celui qui, se fiant  
à l'homme, fait de la chair son appui et détourne son  
cœur du Seigneur <sup>l</sup> ! C'est vrai, je suis indigent et pauvre <sup>m</sup>,  
mais si le Seigneur prend soin de moi <sup>n</sup>, me voilà riche,  
me voilà heureux, puisque tout collabore à mon bien <sup>o</sup>.

Qu'ils espèrent donc en toi, tous ceux qui ont connais-  
sance de ton nom, car tu n'abandonnes pas ceux qui  
espèrent en toi, Seigneur <sup>p</sup> ! Et que ton peuple, comme il  
est écrit, s'installe « dans le bonheur de la paix, dans des  
demeures assurées, dans un repos plantureux, dans une  
sécurité sans fin <sup>q</sup> ! » Or, sans aucun doute, le bonheur  
de la paix et la sécurité sans fin, c'est de loger à l'abri  
du Très-Haut, de demeurer sous la protection du Dieu  
du ciel <sup>r</sup>. Bien certainement, le repos plantureux, c'est  
de s'asseoir tout à loisir à l'ombre de la vraie vigne, du  
figuier <sup>s</sup> et de l'olivier, de se rassasier de la variété des  
fruits, puis de s'enchanter d'un cantique d'amour et de  
dire : « A l'ombre de celui que je désirais je me suis assis,  
et son fruit est doux à mon palais <sup>t</sup>. » Assurément, c'est  
un fruit doux au palais que celui dont le goût provoque  
si douce exhalaison !

4. Ce sont donc là les demeures assurées où habite  
en sécurité l'Israël véritable, où il prend sa nourriture  
et son sommeil sans que personne ne vienne le troubler <sup>u</sup>.  
Comme le promet la Sagesse, « il repose sans appréhension,  
il jouit de l'abondance, libéré de la crainte du malheur <sup>v</sup>. »

Ceci est bien dit : « libéré de la crainte du malheur »,  
et non pas : de la crainte du Seigneur. Il ne faudrait pas  
croire, en effet, que la confiance et la sécurité dont nous

90, 1    s. I Rois 4, 25    t. Cant. 2, 3 (desideraveram ... fructus ejus  
*Vlg*)    u. Soph. 3, 13    v. Prov. 1, 33

gentiam putes generari, cum non in alio quam *in timore*  
 105 C *Domini sit fiducia fortitudinis* <sup>w</sup>. Timor quippe dum  
 110 cavet offensam custodit gratiam, locumque servat  
 fiducia, quamdiu tibi conscius non es Dominum offen-  
 disse. Inde fit ut non nisi caste timeas eum; praeter  
 eum vero nullatenus timeas alium. Sola ergo conscientia  
 bona fiduciam istam praesumit, suadetque corda nostra  
 115 in conspectu Iudicis aeterni.

Quis enim bene sibi de illo promittat, a quo se minime  
 diligi intelligat? Qui autem diligit numquam diffidit,  
 sciens quia is quem corda non fallunt diligentes se dili-  
 git <sup>x</sup>, etiam cum arguit et corripit <sup>y</sup>. Siquidem eruditis  
 120 corde in sapientia <sup>z</sup> non auferit sed auget fiduciam patris  
 disciplina, scientibus scriptum: *Beatus qui corripitur*  
*a Domino* <sup>a</sup>, et: *Ego quos amo arguo et castigo* <sup>b</sup>. Cum  
 105 D *igitur exarserit in brevi ira eius, beati omnes qui confidunt*  
*in eo* <sup>c</sup>, quos scilicet amoris proprii conscientia consola-  
 125 tur; quia cum iratus fuerit misericordiae recordabitur <sup>d</sup>;  
 et cum dixerint: *Confitebor tibi Domine quoniam iratus*  
*es mihi*, statim subsequenter: *Conversus est furor tuus*  
*et consolatus es me* <sup>e</sup>, eo quod non nisi in brevi exarserit  
 ira eius, quam tam cito placaverit confessio reatus.

130 5. Merito igitur benedictum virum qui confidit in  
 Domino ligno comparat Ieremias <sup>f</sup>, *quod transplantatur*  
*super aquas; quod quia ad humorem amoris mittit radices*  
*cordis, non timebit cum venerit aestus irae et tribula-*  
 106 A *tionis; sed in tempore siccitatis, cum multo tempore*  
 135 *coelum clausum fuerit, nec ros nec pluvia gratiae super*

113 alium I: alienum M C || 115 aeterni I: interni M C || 121 scien-  
 tibus: scientes Mab. || 134 sed I h: sed et f g C

w. Prov. 14, 26 x. Prov. 8, 17 y. Prov. 3, 12. Apoc. 3, 19 z. Ps.  
 89, 12 a. Job 5, 17 b. Apoc. 3, 19 c. Ps. 2, 13 d. Hab. 3, 2  
 e. Is. 12, 1 f. Jér. 17, 8

faisons l'éloge soient génératrices de négligence, puisque  
 l'assurance de la force n'est pas ailleurs que dans la  
 crainte du Seigneur <sup>w</sup>. La crainte, en effet, en évitant  
 l'offense, conserve la grâce, et elle laisse place à la con-  
 fiance aussi longtemps qu'on a conscience de n'avoir  
 pas offensé le Seigneur. En conséquence, on ne le craint  
 que d'une crainte chaste, et hors lui on ne craint abso-  
 lument personne. Ainsi seule la bonne conscience se  
 permet cette confiance et rassure nos cœurs en présence  
 du Juge éternel.

Car qui peut escompter la faveur de quelqu'un dont il a  
 conscience de n'être nullement aimé? Celui qui aime,  
 au contraire, n'est jamais en défiance, car il sait que celui  
 que les cœurs ne trompent pas aime ceux qui l'aiment <sup>x</sup>,  
 même lorsqu'il les reprend et les corrige <sup>y</sup>. Oui, aux cœurs  
 instruits dans la sagesse <sup>z</sup> la rigueur paternelle n'ôte  
 pas la confiance, mais elle l'augmente, car ils savent qu'il  
 est écrit: « Heureux celui que le Seigneur corrige <sup>a</sup> »,  
 et: « Je reprends ceux que j'aime et je les châtie <sup>b</sup>. »  
 Lors donc que sa colère s'enflammera pour un instant,  
 heureux tous ceux qui se confient en lui <sup>c</sup>, c'est-à-dire  
 ceux que console la conscience qu'ils ont de leur propre  
 amour: après s'être irrité, il se souviendra de sa misé-  
 ricorde <sup>d</sup>; et lorsqu'ils auront dit: « Je me confesserai  
 devant toi, Seigneur, car tu t'es irrité contre moi »,  
 aussitôt ils ajouteront: « Ta colère est tombée et tu m'as  
 consolé <sup>e</sup>. » Ce n'est en effet que pour un instant que s'en-  
 flammera sa colère, puisque la confession de la faute doit  
 si vite l'apaiser.

5. Aussi est-ce à juste titre que Jérémie <sup>f</sup> compare  
 l'homme béni qui met sa confiance dans le Seigneur à  
 un arbre planté sur le cours des eaux. Poussant les racines  
 de son cœur jusqu'à l'eau de l'amour, il sera sans crainte  
 quand viendra la chaleur de la colère et de la tribulation;  
 au temps de la sécheresse, quand le ciel restera longtemps

eum descenderit <sup>g</sup>, non erit tamen sollicitum quasi Deus eum proiecerit. Sentit quippe se plantatum fide, radicatum caritate super aquas vitae, quae secundum Ezechielem de sanctuario egredientes vivificant omnia, et habent in utraque ripa omne lignum pomiferum, cuius folium non defluit nec fructus deficit <sup>h</sup>. Cur igitur lignum illud benedictum aut timeret aestum, aut de siccitate esset sollicitum, cui aqua viva, id est Spiritus gratia, vitalem in occulto succum spei et caritatis subministrare non desinit; unde et folium sit viride, id est verbum *plenum gratiae et veritatis* <sup>1</sup>; et ipsum non desinat aliquando facere fructum quodcumque opus pietatis ?

Et grata quidem illa verna temperies pacis et laetitiae, desiderabilis illa pluvia voluntaria, quam segregavit Deus hereditati suae <sup>1</sup>. Sed si ita necesse est, adurat omnia aestus tribulationis, veniant iterum quaecumque prophetavit Ieremias de sermonibus siccitatis spiritualis. Non tamen timebit quem fiducia Domini radicavit super aquam refectionis <sup>k</sup>, id est gratiam Spiritus sancti, quae etsi manifeste non pluatur ut sensibiliter influat, occulte tamen interius vivificat et fecundat, quamdiu videlicet fidem propositi conservat, ad perseverandum confortat, verbumque irreprehensibile <sup>1</sup> et opus stabile subministrat.

6. In huiusmodi, fratres, vestra sit consolatio, quotiens alias consolationes, non modo carnales sed et spi-

143 Spiritus : Spiritus sancti *Mab.* || 149 illa verna *transp. f* || 161 fratres vestra *I transp. M C*

g. II Sam. 1, 21    h. Éz. 47, 12    i. Jn 1, 14    j. Ps. 67, 10    k. Ps. 22, 2    l. Tite 2, 8

fermé et que ne descendra sur lui ni la rosée ni la pluie de la grâce <sup>g</sup>, il ne sera pas soucieux pour autant, comme si Dieu l'avait rejeté. C'est qu'il a conscience qu'il est planté dans la foi et enraciné dans la charité au-dessus des eaux vives qui, au dire d'Ézéchiel, sortent du sanctuaire pour donner la vie à toutes choses et sont bordées sur leurs deux rives de toutes sortes d'arbres fertiles dont les feuilles ne tombent pas et dont les fruits ne font jamais défaut <sup>h</sup>. Alors pourquoi cet arbre béni craindrait-il la chaleur ou se soucierait-il de la sécheresse, lui à qui l'eau vive, c'est-à-dire la grâce de l'Esprit, ne cesse de fournir secrètement le suc vital de l'espérance et de la charité, pour que son feuillage soit toujours vert, c'est-à-dire sa parole toujours pleine de grâce et de vérité <sup>1</sup>, et qu'il ne cesse jamais de porter comme fruit toute espèce d'œuvres de piété.

Certes la douceur printanière de la paix et de la joie est la bienvenue ! Souhaitable est la pluie bienveillante que Dieu a mise en réserve pour son héritage <sup>1</sup> ! Mais, si c'est nécessaire, le feu de la tribulation peut se mettre à tout brûler, et tout ce qu'a prophétisé Jérémie au sujet de la sécheresse spirituelle peut à nouveau se présenter. La crainte ne saisira pas pour autant l'homme à qui sa confiance dans le Seigneur a fait prendre racine jusqu'à l'eau nourissante <sup>k</sup>, c'est-à-dire la grâce de l'Esprit-Saint. Celle-ci, sans doute, n'est pas une pluie visible qui l'arrose de façon perceptible, mais secrètement, intérieurement, elle le vivifie et le féconde, cela aussi longtemps qu'il demeure fidèle à son propos ; elle lui donne la force de persévérer et elle lui procure un langage irréprochable <sup>1</sup> et une activité constante.

6. Trouvez là, mes frères, votre consolation toutes les fois que les autres consolations, non seulement humaines, mais aussi spirituelles, vous seront retirées, non

ritales, subtraxerit vobis non negligentia vestra sed dispensatio divina.

165 Et fortasse quidem illa quam diximus occulta gratia Spiritus irriguum est inferius <sup>m</sup>, quo nimirum Axa non vult esse contenta, nisi adiciatur ei et irriguum superius et inferius; ut scilicet de excelso effundatur Spiritus, rorent coeli desuper et nubes angelicae pluant iustum <sup>n</sup>,  
170 iustificans Dei Verbum, loquens ad cor Ierusalem <sup>o</sup>. Et bene illud irriguum inferius, quod quasi ad radices fluens nutrit humilitatem; hoc autem superius, quod sese desuper effundens spe et exultatione attollit mentem. Si ergo et vos, fratres, ad illud suspiratis superius irri-  
175 guum, laudabile quidem desiderium; si tamen nondum  
106 D attingitis mittere interim radices ad humorem, salubre remedium <sup>1</sup>. Qui igitur non praevalet capere laetitiam contemplativae, meditetur iustitiam vitae activae; inde radices affectionum impinguet, dulcoret mores, omnemque  
180 vitae statum informet, quatenus in ipso nec marcescat aut defluat folium, id est verbum leviter aut inutiliter prolatum, nec aliquando vita desinat facere fructum. Benedictum lignum cuius folium ad medicinam <sup>p</sup>, fructus

164 dispensatio divina *I transp.* *MC* || 168 et inferius *a d om.* *MC* *b et e* manifeste textum confuderunt || 173 attollit : extollit *a* || 175-176 *si...* mittere : sed... mittere *d e* *si...* mittite *Mab.*

m. Jos. 15, 19    n. Is. 45, 8    o. Is. 40, 2    p. Éz. 47, 12

1. Selon *Josué* 15, 13-19, Aksa reçut de son Père Caleb les sources d'en haut et les sources d'en bas (« irriguum superius et inferius » Vlg). S. GRÉGOIRE LE GRAND utilise ce texte pour distinguer deux sortes de componction : celle de désir et celle de crainte. « Irriguum quippe superius accipit anima cum sese in lacrimis coelestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit. » *Dialog.* 3, 34; *Epist.*, 7, 26, ad *Theoctistam*; *PL* 77, 301 A, 380 C. Ce texte de S. Grégoire se trouve

par le fait de votre négligence mais par la providence divine.

Peut-être, à vrai dire, cette grâce secrète de l'Esprit, dont nous avons parlé, est-elle « la source d'en bas <sup>m</sup> », celle dont Axa ne veut pas se contenter, à moins que ne s'y joigne « la source d'en haut » : c'est demander que se répande d'en haut l'Esprit, que les cieux versent d'en haut la rosée, et que les nuées angéliques fassent pleuvoir le Juste <sup>n</sup>, le Verbe de Dieu qui justifie, qui parle au cœur de Jérusalem <sup>o</sup>. La première source est appelée à bon droit « d'en bas », puisqu'elle irrigue pour ainsi dire les racines et nourrit l'humilité; la seconde « d'en haut », puisqu'elle se répand d'en haut et élève l'âme par l'espoir et l'exultation. Si donc, mes frères, vous soupirez, vous aussi, après cette source d'en haut, votre désir est louable certes; mais si vous n'y avez pas encore atteint, ce sera un salutaire remède que de pousser pour le moment vos racines jusqu'à l'eau <sup>1</sup>. Que celui qui n'est pas encore capable d'expérimenter la joie de la vie contemplative s'attache donc à méditer la justice de la vie active. Qu'elle serve ainsi d'engrais aux racines de ses affections, de lénifiant à son caractère, et qu'elle informe tout son comportement, afin qu'en lui pas une feuille ne se dessèche ni ne tombe, c'est-à-dire qu'il ne prononce pas une parole à la légère ou sans profit, et que sa vie ne cesse jamais de porter du fruit. Béni l'arbre dont le feuillage est médicinal <sup>p</sup> et le fruit vivifiant, c'est-à-dire l'homme dont la

repris textuellement par ROBERT DE DEUTZ, *In Cant.*, lib. 6; *PL* 168, 944 D. S. BERNARD y fait allusion au § 3 du sermon 39, *De diversis*; *EC* V, 222 (*PL* 183, 647 A). Sur cette double componction, voir J. LECLERCQ, *L'amour des lettres et le désir de Dieu* (1957), p. 35 s. On subdivisera encore davantage, et dans ses *Morales*, S. Grégoire distingue quatre sortes de componctions : pénitence, crainte, tristesse, désir. Voir GRÉGOIRE LE GRAND, *Moralia*, 23, 41; *PL* 76, 275-276; *SC* 32 (1950), Introduction par ROBERT GILLET, p. 72-81. Voir aussi *Liber Amoris* autrefois attribué à Gueric, dans *Cîteaux* (1965), p. 133, lignes 164-168.

ad vitam ; id est cuius sermo gratiam praestat audienti,  
185 et opus vitam facienti.

7. Ad hoc vos, fratres mei, profecto, quos carnalis  
generatio vel consuetudo saecularis plantaverat in terra  
inaquosa <sup>q</sup>, in terra salsuginis <sup>r</sup>, divina regeneratio vel  
107 A mutatio dexteræ Excelsi <sup>s</sup> transplantavit super aquas  
190 refectionis ; ut quibus prius propter sterilitatem para-  
batur securis et ignis, nunc *plantati in domo Domini,  
in atrii domus Dei nostri* <sup>t</sup>, floreatis et fructum faciatis  
*et fructus vester maneat* <sup>u</sup>. Annon aquae refectionis Scrip-  
turae Spiritus sancti, in quibus meditamur die ac nocte <sup>v</sup> ?  
195 Annon aquae refectionis lacrymae compunctionis, quae  
nobis factae sunt panes die ac nocte <sup>w</sup> ? Annon aquae  
refectionis sacramenta et subsidia nostrae salutis, qui-  
bus pascimur et potamur in altari ? In his siquidem  
omnibus quasi quibusdam rivulis fons sapientiae, qui  
200 oritur in medio Paradisi <sup>x</sup>, derivatur foris et in plateis  
aquas suas dividit <sup>y</sup>. *Ego, inquit Sapientia, quasi aquae-  
ductus exivi de Paradiso. Dixi : Rigabo hortum meum  
107 B plantationum, inebriabo partus mei fructum* <sup>z</sup>. Ecce,  
ut colligere potestis ex ipsius ore Sapientiae parientis  
205 et plantantis, hortus plantationum est congregatio  
filiorum. *Numquid enim ego qui alios parere facio, ipse  
non pariam, dicit Dominus* <sup>a</sup> ? Ipse parit, cum ingenerat  
voluntatem bonam ; plantat, cum instituit vitam ;  
rigat, cum sensibus infundit gratiam ; colit, cum mori-  
210 bus adhibet disciplinam.

*Audite me, divini fructus, et quasi rosa plantata super*

184 praestat : parit *Mab.* || 186 vos fratres mei profecto *I* : profecto vos fratres mei *M C*

q. Ps. 62, 3    r. Jér. 17, 6    s. Ps. 76, 11    t. Ps. 91, 14    u. Jn  
15, 16    v. Ps. 1, 2    w. Ps. 41, 4    x. Gen. 2, 10    y. Prov. 5,  
16    z. Sir. 24, 41 (sicut aquaeductus ... inebriabo prati *Vlg*)    a. Is.  
66, 9

parole est source de grâce pour qui l'entend et l'activité source de vie pour lui qui l'exerce !

7. C'est pour cela, bien sûr, que vous, mes frères, qui étiez plantés dans une terre aride <sup>q</sup>, dans une terre saumâtre <sup>r</sup>, du fait de votre génération charnelle et de vos habitudes séculières, vous avez été transplantés sur le bord des eaux réconfortantes par l'effet de la régénération divine et d'un revirement de la droite du Très-Haut <sup>s</sup>. Vous pour qui étaient prêts naguère la cognée et le feu à cause de votre stérilité, vous voici à présent plantés dans la maison du Seigneur, dans les parvis de la maison de notre Dieu <sup>t</sup>, pour y fleurir et y porter du fruit, et pour que votre fruit demeure <sup>u</sup>. Ne sont-elles pas des eaux réconfortantes, les Écritures dictées par l'Esprit-Saint que nous méditons jour et nuit <sup>v</sup> ? Ne sont-elles pas des eaux réconfortantes, les larmes de compunction qui sont devenues notre pain, jour et nuit <sup>w</sup> ? Ne sont-ils pas des eaux réconfortantes, les sacrements et aliments de notre salut dont nous sommes nourris et abreuvés à l'autel ? Par les uns et les autres, en effet, comme par autant de ruisseaux, la source de la sagesse qui jaillit au milieu du paradis <sup>x</sup> est amenée au-dehors et distribue ses eaux sur les places <sup>y</sup>. « Je suis sortie du paradis comme un cours d'eau, dit la Sagesse. J'ai dit : « J'arroserai le jardin que j'ai planté et j'abreuverai le fruit que j'ai fait naître <sup>z</sup>. » Ainsi donc, comme vous pouvez le recueillir de la bouche même de la Sagesse qui fait naître et qui plante, le jardin qu'elle a planté, c'est la communauté de ses fils : « Moi qui donne aux autres de faire naître, ne ferai-je pas naître, dit le Seigneur <sup>a</sup> ? » Lui-même fait naître lorsqu'il produit en nous la volonté bonne ; il plante lorsqu'il fixe notre forme de vie ; il arrose lorsqu'il verse la grâce en nos cœurs ; il cultive lorsqu'il discipline nos comportements.

« Écoutez-moi, fruits divins, et prospérez comme la

*rivos aquarum fructificate* <sup>b</sup>. Mittite radices ad humorem vitae, id est ad amorem terrae viventium, non huius in qua omnia senescunt et putrescunt. Non potest arbor  
 215 facere fructum qui permaneat, nisi sursum in coelestibus radicem figat, ut *quae sursum sunt non quae super terram* <sup>c</sup> et quaerat et sapiat. Quod enim physici dicunt  
 107 C hominem esse arborem inversam, eo quod nervi corporis radicem et initium in vertice habeant; ego illo potius  
 220 sensu interpretor, quod radicem amoris et desiderii sui figere debeat in coelo, in summo vertice rerum, capite nostro Iesu Christo <sup>d</sup> <sup>1</sup>. Qui illuc radices miserit et de illo fonte aeterno succum vitae et gratiae iugiter biberit, non timebit cum venerit aestus iudicii; sed  
 225 afferens et offerens fructum quem fecit plurimum, id remunerationis accipiet ut floreat *in aeternum ante Dominum* <sup>e</sup>; cui est honor et gloria per omnia saecula saeculorum.

217 et <sup>1</sup> *I* (exc. *c*) om. *e* *M C* || 218 *inversam* : *conversam d* *universam e* || 219 *vertice I M* ; *verticem C* || 221 *sui I om. M C* || 228 *saeculorum* : *saeculorum. Amen e g*

<sup>b</sup>. Sir. 39, 17 (Audite : obaudite Vig)    <sup>c</sup>. Col. 3, 2    <sup>d</sup>. Col. 2, 6. 7. Éphés. 3, 17    <sup>e</sup>. Responsorium in officio unius Confessoris

rose plantée sur le bord des eaux courantes <sup>b</sup>. » Poussez vos racines jusqu'à l'eau de la vie, c'est-à-dire jusqu'à l'amour de la terre des vivants, et non de celle où tout vieillit et se corrompt. L'arbre ne peut porter un fruit qui demeure, à moins qu'il ne fixe sa racine en haut, dans les régions célestes, afin d'y chercher et d'y goûter les choses d'en haut, et non celles de la terre <sup>c</sup>. Les naturalistes disent que l'homme est un arbre renversé, en ce sens que les nerfs de son corps ont leur racine et origine dans la tête, au sommet; personnellement, je préfère une autre interprétation, à savoir que l'homme doit fixer et enraciner son amour et ses désirs au ciel, dans le Christ Jésus <sup>d</sup> <sup>1</sup>, notre tête, sublime sommet de tout. Quiconque aura poussé là ses racines et aura bu assidûment l'eau de la vie et de la grâce à cette source éternelle ne craindra pas le feu du jugement quand il viendra : apportant et offrant le fruit qu'il a produit en abondance, il recevra pour récompense de fleurir à jamais devant le Seigneur <sup>e</sup>, à qui appartient l'honneur et la gloire dans les siècles des siècles.

1. S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 48, 2, 3*; *CC 38, 566 (PL 36, 557)*. - « Ἐκεῖθεν γὰρ, ἔθεν ἡ πρώτη τῆς ψυχῆς γένεσις ἔφυ, τὸ θεῖον τὴν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν ἡμῶν ἀνακρεμμάνῳ ὀρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα » PLATON, *Timée*, 90 a. - « Unde a physicis arbor eversa homo dicitur, qui quasi radicem caput habet sursum, et frondes, id est membra, ramosque, tamquam membrorum articulos, deorsum mittit » ISAAC DE L'ÉTOILE, *Sermon 34*; *PL 194, 1801 B*. Voir A. FRACHEBOU, « Le charme personnel du bienheureux Gueric d'Igny », *Collectanea O.C.R.*, 19 (1957), p. 233 et note 68.

## DE EODEM SERMO TERTIUS

### 1. *Dilectus a Deo et hominibus* <sup>a</sup>.

107 D Paucis expressit bonum ac beatum virum, qualem nimirum constat dilectum Domini fuisse Benedictum.

5 Paucis, inquam, comprehendit summam perfectionis, plenitudinem gratiae et virtutis, simulque beatitudinem vitae perennis et consolationem praesentis. Quid enim deesse potest ad aeternam felicitatem illi qui a Deo diligitur; quid ad praesentem consolationem illi qui ab  
10 hominibus diligitur? Illi nempe qui a Deo diligitur, etsi aliquid deesse videtur, non ob aliud deest nisi ut nihil ei desit, et suo ut putatur defectu perfectior sit. *Nam virtus in infirmitate perficitur*. Paule, ait Dominus, *sufficit tibi gratia mea* <sup>b</sup>. Cui gratia Dei sufficit, sine damno  
15 gravi immo cum lucro non mediocri aliquid gratiae deficit; quandoquidem ipse defectus et infirmitas  
108 A virtutem perficit, et imminutio cuiusdam gratiae summam omnium gratiam Dei ampliores ei et stabiliorem efficit.

20 Longe fac, Domine, a servis tuis gratiam illam, quaecumque sit, quae adimere aut imminuere gratiam tui possit; unde videlicet aliquis gloriosior in oculis suis, odiosior fiat in oculis tuis. Non est illa gratia sed ira, illis plane quibus iratus es dari digna, quibus propter  
25 dolos posuisti talia, deiciens eos dum allevantur <sup>c</sup> et elidens valide dum super ventum ponuntur <sup>d</sup>. Ut igitur

13 Paule : Paulo <sup>a</sup> || 20 tuis *I M om. C* || 26 valide : valde <sup>d</sup> <sup>e</sup>

a. Sir. 45, 1    b. II Cor. 12, 9    c. Ps. 72, 18    d. Job 30, 22

## III<sup>e</sup> SERMON POUR LA FÊTE DE SAINT BENOIT

### 1. « Aimé de Dieu et des hommes <sup>a</sup>. »

C'est dépeindre en peu de mots l'homme bon et bienheureux tel que fut précisément Benoît, l'ami du Seigneur. C'est résumer en peu de mots le comble de la perfection, la plénitude de la grâce et de la vertu, et en même temps la béatitude de la vie éternelle et la consolation de la vie présente. Que peut-il en effet manquer à la félicité éternelle pour qui est aimé de Dieu? Que peut-il manquer à la consolation d'à présent pour qui est aimé des hommes? Si à celui qui est aimé de Dieu il paraît manquer quelque chose, ce manque n'a d'autre raison que de ne le faire manquer de rien : ce que l'on estime défaut chez lui sert à le rendre plus parfait. C'est que la vertu se perfectionne dans la faiblesse : « Paul, dit le Seigneur, ma grâce te suffit <sup>b</sup>. » Celui à qui suffit la grâce de Dieu, il n'y a pas grave dommage, il y a même profit appréciable à ce que lui manque quelque grâce, puisque le manque même et la faiblesse perfectionnent la vertu, et que le retranchement de telle ou telle grâce rend la grâce de Dieu, qui les surpasse toutes, plus abondante et plus assurée.

Éloigne de tes serviteurs, Seigneur, la grâce, quelle qu'elle soit, qui pourrait supprimer ou amoindrir ta grâce à toi, je veux dire celle qui, rendant quelqu'un plus fier à ses propres yeux, le rendrait plus haïssable à tes yeux à toi. Ce n'est pas grâce, mais colère, si tu donnes ce qu'ils méritent à ceux contre qui tu t'es irrité; tu leur as tendu en cela des pièges : tu les jettes à terre quand ils s'élèvent <sup>c</sup>, et tu les brises brutalement quand ils s'appuient sur le vent <sup>d</sup>. Ainsi donc, pour que soit sauvegardée en nous cette



illa sola gratia sine qua nullus a te diligitur salva nobis  
 maneat, omnem aliam gratiam tua nobis gratia subtrahat,  
 aut certe gratiam utendi simul conferat; quatenus  
 30 habentes gratiam per quam serviamus, placentes cum  
 108 B metu et reverentia, de gratia muneris gratiam promereamur remuneratoris, et quanto quis fuerit graciosior tanto sibi fiat gratior.

2. Sane mirabili arte sed mirabiliori caritate prudens  
 35 clementia clemensque prudentia Dei salutem consuluit  
 humanae; ut cum cunctos diligat non tamen facile  
 de dilectione sua certos ac securos esse sinat, nec ob  
 aliud magnam multitudinem dulcedinis suae timentibus  
 se abscondat <sup>e</sup>, nisi ut dum semper custodit humiles  
 40 semper habeat amabiles. *Sunt enim iusti et sapientes et  
 opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo utrum  
 amore an odio dignus sit; sed omnia in futurum servantur  
 incerta* <sup>f</sup>. Moderator nempe omnium sic eis dispensat  
 gratiam munerum et operum, ut ex quibusdam quae  
 45 concedit consolationem quod digni sint amore tribuat,  
 108 C ex quibusdam quae subtrahit suspicionem ac metum  
 quod odio digni sint iniciat <sup>l</sup>. Consolatur cum diluculo  
 visitat; terret cum subito probat <sup>g</sup>. Nunc mortificat,  
 nunc vivificat. Nunc *deducit ad inferos*, nunc *reducit*.  
 50 Nunc *pauperem facit et ditat*, nunc *humiliat et sublevat* <sup>h</sup>.  
 Et in tanta vicissitudinum varietate tanto certius salu-

33 sibi I : tibi M C || 36 cunctos I C h : custos f iustos g || 39 se I h om.  
 M (exc. h) C

e. Ps. 30, 20 f. Eccl. 9, 1, 2 g. Job 7, 18 h. I Sam. 2, 6, 7

seule grâce sans laquelle nul n'est aimé de toi, que ta grâce nous soustraie toute autre grâce, ou qu'au moins elle nous donne en même temps la grâce d'en bien user ! De la sorte, possédant la grâce qu'il nous faut pour te servir et faisant ton bon plaisir avec crainte et révérence, nous mériterons, après la grâce du don, la grâce du Donateur, et plus chacun sera dans ta grâce, plus aussi il te rendra grâce.

2. Certes, c'est avec un art merveilleux, mais avec une charité plus merveilleuse encore, que la prudente clémence et clémente prudence de Dieu a pourvu au salut des hommes : alors qu'il les aime tous, il ne les laisse pourtant pas facilement jouir de la certitude et de l'assurance de son amour ; et s'il tient caché à ceux qui le craignent la grande abondance de sa douceur <sup>e</sup>, son seul but est de se les conserver toujours aimables en les maintenant toujours humbles. « Il y en a, en effet, qui sont justes et sages et dont les œuvres sont dans la main de Dieu ; et cependant l'homme ne sait pas s'il est digne d'amour ou de haine, mais tout demeure incertain pour l'avenir <sup>f</sup>. » Oui, telle est la façon dont le dispensateur de toutes choses dispense aux hommes la grâce de ses dons et de ses œuvres : au moyen de certaines faveurs qu'il leur accorde, il leur procure la consolation de se croire dignes d'amour, tandis qu'au moyen de certaines faveurs qu'il leur retire, il leur inculque l'appréhension et la crainte d'être dignes de haine <sup>l</sup>. Il console en visitant dès le matin ; il terrifie en éprouvant soudain <sup>g</sup>. Tantôt il mortifie, tantôt il vivifie. Tantôt il mène aux enfers, tantôt il en ramène. Tantôt il appauvrit et il enrichit ; tantôt il humilie et il exalte <sup>h</sup>. Et parmi tant de vicissitudes diverses, il opère d'autant plus sûrement notre salut que

1. S. JÉRÔME, *In Eccl. (l.c.)*; PL 23, 1080. S. BERNARD, *Septuag.*, 1, 1 ; EC IV, 345 (PL 183, 163 AB).

tem nostram operatur, quanto nos incertiores de ea cum maiore metu ac tremore ei cooperamur <sup>l</sup>.

Ait quidem Paulus : Certus sum quia nihil me separabit a caritate Dei <sup>l</sup>. Sed vere Paulus hic erat ; non ego aut tu, quibus omnia in futurum servari expedit incerta. Paulus, inquam, hic erat qui hoc dicebat, cui nimirum et illud dicere competebat : *Vivo iam non ego, vivit vero* <sup>1</sup> ; qui scilicet ita totus in quemdam divinum conversus erat affectum, ut adhaerens Domino unus cum ipso esset spiritus <sup>k</sup>. Vide tamen hunc ipsum Paulum, qui ita modo certus erat, alias trepidum ac sollicitum et castigantem corpus suum, ne forte cum aliis praedicaverit ipse reprobis efficiatur <sup>l</sup> ; vide etiam <sup>65</sup> colaphizari a Satana ne forte extollatur <sup>m</sup>. In ipso itaque Paulo iam tibi est videre quomodo omnis illa certitudo, quae ad horam confortatur et convalescit de spiritus consolatione, item infirmatur et evanescit superveniente tentatione.

<sup>70</sup> Ego igitur, miser et ipsa indignus vita, qua consolatione qua fiducia me dignum esse amore praesumam ; <sup>109 A</sup> cui omnia et interiora et exteriora mea manifestum odium denuntiant ; cuius vita non tentatio non militia est adversus peccatum, sed ultronea servitus peccati <sup>n</sup> ; <sup>75</sup> qui tam mente quam carne servio legi peccati ; qui cum prudentia carnis <sup>o</sup> et amicitia mundi, quae ambae ini-

55 Dei : Christi e || 72 mea I g om. M (exc. h) C

i. Rom. 8, 38.39    j. Gal. 2, 20    k. I Cor. 6, 17    l. I Cor. 9, 27  
m. II Cor. 12, 7    n. Rom. 7, 25    o. Rom. 8, 6

1. On peut en rapprocher ces paroles du commentaire sur le premier livre des Rois (Samuel) de S. GRÉGOIRE LE GRAND : « Quid est quod Scriptura sacra denuntiat : Ignorans homo utrum odio an amore dignus sit (Ecl. 9, 1).

nous en sommes moins sûrs nous-mêmes et que nous y coopérons avec plus grande crainte et tremblement <sup>l</sup>.

Paul a dit, il est vrai : « Je suis sûr que rien ne me séparera de la charité de Dieu <sup>l</sup>. » Mais c'était Paul, ce n'était ni toi, ni moi ; et pour nous c'est une bonne chose que tout demeure incertain pour l'avenir. C'était Paul qui parlait ainsi, lui qui précisément était à même d'affirmer : « Ce n'est plus moi qui vis, mais c'est le Christ qui vit en moi <sup>l</sup>. » Comprendons qu'il avait été si totalement converti aux sentiments de Dieu, si l'on peut dire, que son union au Seigneur le faisait un seul esprit avec lui <sup>k</sup>. Et pourtant, voyons ce même Paul, si sûr il y a un instant, trembler à d'autres moments, s'inquiéter, et châtier son corps de peur qu'après avoir prêché aux autres, il ne soit lui-même réprouvé <sup>l</sup> ; voyons-le même souffleté par Satan, pour qu'il n'aille pas s'enorgueillir <sup>m</sup>. Ainsi, l'exemple même de Paul nous permet de constater combien toute la certitude qui, pour un temps, se fortifie et s'affermi par l'effet de la consolation spirituelle, s'affaiblit tout aussi bien et s'évanouit quand survient la tentation.

Et moi, alors, misérable et indigne même de vivre, sur quelle consolation, sur quelle confiance me fonderai-je pour oser me croire digne d'amour ? Tout ce qui me touche, au-dehors ou au-dedans, manifeste clairement que je suis digne de haine. Ma vie n'est pas tentation, ni combat contre le péché, mais asservissement délibéré au péché <sup>n</sup>. Autant par l'esprit que par la chair, je suis asservi à la loi du péché. Avec la prudence de la chair <sup>o</sup> et l'amitié du monde, qui sont toutes deux les ennemies

Item quaestionis suae fructum alter propheta denuntiat dicens : Invenit servus tuus cor suum (II Sam. 7, 27). Si vix invenire cor sancti possunt, nos nosmetipsos inquirere qua temeritate cessamus ? Sed fortasse nec propheta potuit, quia subjunxit : Ut timeat te. Inveniret utique cor suum, si se pleniter cognovisset, odio an amore dignus existeret. Qui ergo non invenit ut coram Deo securus esset, invenit utique ut timeret. » In I Reg., 5, 4, 50 ; CC 144, 514-516 (PL 79, 390 A).

micae sunt Deo <sup>p</sup>, foedus miserum pepigisse videor,  
 plane foedus cum morte pactum cum inferno? Scio  
 tamen, scio qui dixit : *Delebitur foedus vestrum cum morte*  
 80 *et pactum cum inferno non stabit* <sup>q</sup>; quia nimirum ini-  
 micis Dei nil amicum esse poterit, et non modo mortem  
 aut infernum sed omnem quoque creaturam ad ultionem  
 inimicorum zelus armabit <sup>r</sup>. Quam beatus in die illo  
 quicumque erit ille dilectus a Deo; quam laudabiles  
 85 quibus tunc laus erit a Deo <sup>s</sup>, quibus dicet evidenti rerum  
 109 B argumento : *Vos amici mei estis, eo quod feceritis quae*  
*praecepi vobis* <sup>t</sup>. Et haec quidem prima virtus, istud  
 optimum gratiae munus, praecipuus vitae fructus quia  
 beatitudinis certissimum pignus : Dei scilicet amicitiam  
 90 promereri, quo propitio poterit homini aliquis inimicari,  
*sed nihil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis*  
*non apponet nocere ei* <sup>u</sup>.

3. Iamvero si post hanc et per hanc summam omnium  
 causamque honorum gratiam etiam illam promerearis,  
 95 ut dilectus a Deo etiam dilectus sis ab hominibus <sup>v</sup>,  
 quae consolatio est illa in miseriis huius vitae, quae  
 requies, quod gaudium, quae deliciae; praesertim si  
 didiceris favore gratiae humanae non evanescere sed  
 109 C exardescere ad diligendum Deum amplius, propter  
 100 quem diligaris ab hominibus?

Alioquin sane si aliunde oriatur vel alio referatur, quid  
 est favor humanus nisi ventus urens, aura corrumpens  
 vel pestilens, latrunculus spolians, homicida insidians,  
*coluber in via, cerastes in semita mordens ungulas equi*  
 105 *ut cadat ascensor eius retro* <sup>w</sup>? *Vir quippe vanus erigitur*  
*in superbiam* <sup>x</sup>, et vanitate sensus sui velut equo prae-

81 modo *I M om. C* || 83 armabit : armavit *k* || 101 sane *I* : nempe *MC*

p. Jac. 4, 4    q. Is. 28, 18    r. Sag. 5, 18    s. I Cor. 4, 5    t. Jn  
 15, 14    u. Ps. 88, 23    v. Sir. 45, 1    w. Gen. 49, 17    x. Job 11, 12

de Dieu <sup>p</sup>, je semble avoir conclu une funeste alliance,  
 véritablement alliance avec la mort, pacte avec l'enfer.  
 Je sais pourtant, je sais qui a dit : « Votre alliance avec la  
 mort sera annulée et votre pacte avec l'enfer ne tiendra  
 pas <sup>q</sup>. » Rien en effet ne pourra montrer de l'amitié aux  
 ennemis de Dieu, et ce n'est pas seulement la mort ou  
 l'enfer, mais encore toute la création que le zèle armera  
 pour se venger de ces ennemis <sup>r</sup>. Combien sera heureux  
 en ce jour quiconque se trouvera l'ami de Dieu ! Combien  
 dignes de louange ceux qui recevront alors de Dieu <sup>s</sup>  
 leur louange et auxquels il dira, en le prouvant claire-  
 ment par les faits : « Vous êtes mes amis pour avoir  
 accompli ce que je vous ai commandé <sup>t</sup> » ! Telle est  
 assurément la vertu première, tel est le don excellent  
 de la grâce, le principal fruit de vie, puisque le gage le  
 plus assuré de la béatitude : mériter l'amitié de Dieu.  
 Si Dieu lui est propice, l'homme pourra bien souffrir  
 les inimitiés d'autrui, mais l'ennemi ne gagnera rien sur  
 lui et le fils d'iniquité ne pourra plus lui faire tort <sup>u</sup>.

3. Et si maintenant, à la suite et au moyen de cette  
 grâce, qui est le plus précieux des biens et leur raison  
 d'être à tous, tu en viens à mériter cette autre grâce que,  
 aimé de Dieu, tu sois aussi aimé des hommes <sup>v</sup>, quelle  
 consolation parmi les misères de cette vie, quelle paix,  
 quelle joie, quel charme ! Surtout si tu sais profiter de  
 la sympathie des hommes non pour t'évaporer, mais  
 pour t'exciter à aimer davantage Dieu, pour l'amour  
 de qui tu es aimé des hommes.

Si d'ailleurs cette sympathie des hommes a quelque  
 autre origine ou quelque autre fin, qu'est-elle alors, sinon  
 vent brûlant, souffle corrupteur ou pestilentiel, brigand  
 qui pille, assassin qui guette, « serpent sur le chemin,  
 céraste sur le sentier, qui mord le cheval au sabot pour  
 faire tomber son cavalier à la renverse <sup>w</sup> » ? L'homme  
 vain, en effet, se dresse avec orgueil <sup>x</sup> et la vanité de son

cipiti fertur in ruinam. Huius nimirum serpens vulnerat et subvertit vestigia, dum veluti blandiens capiti tenera illius laudari facit primordia. Haud secus, ni fallor, 110 contingit homini qui, antequam diligere sciat, diligere nimie affectat, et antequam vel sibi ipsi amicus esse didicerit, amicos sibi omnes conciliare quaerit. *Facit divitias non cum iudicio; in medio dierum suorum derelinquet eas et in novissimo suo erit insipiens* <sup>v</sup>; cum omnes amici 109 D eius spreverint eum <sup>z</sup>, pro quibus sprevit ipse Deum. Tunc fiet sermo qui scriptus est : *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus sprevit eos* <sup>a</sup>.

4. Primo itaque omnium illa, quae prima et finis est 120 omnium, quaerenda est dilectio Dei, cuius merito digni simus etiam ab hominibus diligere, et cuius studio docti simus dilectione hominum qualiter nos oporteat uti. Cum autem rem in tuto locaveris, ita scilicet firmato affectu mentis ut non nisi in Deo et propter Deum diligere 110 A velis, tunc omnino volo ut dulcedo morum tuorum, humilitas obsequiorum, honestas studiorum ad omnem te commendet conscientiam hominum; ut ultro te rapiant affectus omnium, testimonio praediceris omnium, quatenus ipsa religio quae te commendat iusta vicissitudine per te commendabilis fiat. Sic in te quoque filio 130 adoptivo Unigeniti complebitur oratio : *Pater, clarifica Filium tuum ut Filius tuus clarificet te* <sup>b</sup>; dum videntes claritatem operum tuorum glorificabunt Patrem tuum <sup>c</sup>.

Neque id dicimus quod inter dilectionem Dei et dilectionem proximi sit aliquis ordo temporis, quamvis sit 135 ordo affectionis. Statim quippe ab initio et illam oportet

109 laudari facit *I g transp. M(exc. g) C*

y. Jér. 17, 11    z. Lam. 1, 2    a. Ps. 52, 6    b. Jn 17, 1    c. Matth. 5, 16

esprit, comme un cheval emballé, le précipite à la ruine : le serpent le blesse aux pieds et le fait trébucher, tout en semblant lui caresser la tête, c'est-à-dire en lui attirant des compliments pour ses petits débuts. Il n'en va pas autrement, si je ne me trompe, de l'homme qui, avant de savoir aimer, a le désir excessif d'être aimé; qui, avant de savoir au moins se montrer de l'amitié à lui-même, cherche à s'attirer l'amitié de tous. « Il se constitue des richesses, mais inconsidérément; à mi-chemin de ses jours, il les quittera, et en fin de compte il se trouvera stupide <sup>v</sup>. » Ce sera le jour où le dédaigneront tous ses amis <sup>z</sup> pour lesquels il a lui-même dédaigné Dieu. Alors s'accomplira le mot de l'Écriture : « Dieu a dissipé les os de ceux qui plaisent aux hommes; ils ont été confondus, car Dieu les a dédaignés <sup>a</sup>. »

4. Il faut donc chercher avant tout l'amitié de Dieu, qui est la première de toutes et la fin de toutes : elle nous fera mériter d'être aimés aussi des hommes et nous rendra savants dans l'art d'user de l'amitié des hommes. Une fois ce point bien acquis, c'est-à-dire une fois ton cœur si bien affermi que tu ne veuilles plus être aimé, si ce n'est en Dieu et pour Dieu, je suis alors tout-à-fait d'accord pour que la douceur de tes manières, l'humilité de tes services, la courtoisie de ton dévouement te concilient toute l'estime des hommes, pour que tous te prennent spontanément en affection, que tous te rendent bon témoignage : de la sorte, la piété même qui te rend estimable deviendra, par un juste retour, estimable à travers toi. Ainsi se réalisera en toi aussi, fils adoptif, la prière du Fils unique : « Père, glorifie ton Fils, afin que ton Fils te glorifie <sup>b</sup> », quand, voyant l'éclat de tes œuvres, les hommes glorifieront ton Père <sup>c</sup>.

Ce qui ne veut pas dire qu'entre l'amour de Dieu et l'amour du prochain il y ait succession dans le temps, bien qu'il y ait succession dans le sentiment. En effet,

observare et istam non negligere, quando nec Deus sine proximo nec proximus sine Deo vere potest diligi; 110 B  
 140 quamvis ordinata affectio ignorare non possit quae de duabus dilectionibus praeponderet alteri, quae debeat alteri formam et modum praescribere finemque praefigere<sup>1</sup>.

Sed hoc dicimus quod aliud est amare, aliud amari studere. Quod profecto studium, sicut periculose assumitur ab illis qui plus vanitate quam caritate blandi 145  
 sunt, sic periculose negligitur ab his qui plus superbia quam sapientia austeri sunt. Quamobrem beatum dixerim qui inter utrumque vitium, illius scilicet vanae amicitiae et superbiae severitatis, mediam tenere 150  
 potuit regalem viam veritatis<sup>2</sup> : id est ut vera caritate plenus, nec per vanitatem hoc studium sectetur, nec per tumorem dedignetur.

110 C 5. Illa tamen est vis et natura veri amoris ut etiam cum non affectat tamen efficiat se redamari; quoniam 155  
 veritas etiam sine alieno suffragio facile ad omnem se conscientiam commendat, nisi dira malignae mentis obsistat nequitia, quae parata est sinistre interpretari omnia. Ad hunc tamen sanctum amorem conciliandum quidam proprium donum habent ex Deo<sup>3</sup>, qui exhilarans 160  
 facies eorum in oleo<sup>4</sup>, perfudit eos quodam placore ac nitore gratioso, omnia tam facta quam dicta eorum gratificans in oculis omnium; cum multi qui forsitan non

144 sicut : sicut studiosae e || 155 ad omnem se I h : se ad omnem M (exc. h) C || 161 eorum I h : ipsorum M (exc. h) C

d. Nombr. 21, 22 e. I Cor. 7, 7 f. Ps. 103, 15

1. « Quidquid aliud mens ad fruendum praeter Deum in seipso, proximum autem in Deo, vel illecta vel decepta elegerit, metas verae dilectionis excedit. » S. AELRED DE RIEVAUX, *Speculum caritatis*, 3, 21; PL 195, 595 B. Voir

il faut dès les débuts, s'acquitter du premier sans négliger le second, puisqu'on ne peut aimer vraiment Dieu sans le prochain, ni le prochain sans Dieu. Et pourtant la charité bien ordonnée ne peut pas ignorer lequel des deux amours l'emporte sur l'autre, lequel doit assigner à l'autre forme et mesure et déterminer sa fin<sup>1</sup>.

Ce que nous voulons dire, c'est qu'autre chose est d'aimer, autre chose de se soucier d'être aimé. Si d'ailleurs se charger de ce souci est dangereux pour ceux qui mettent plus de vanité que de charité à se montrer affables, s'en décharger est tout aussi dangereux pour ceux qui mettent plus d'orgueil que de sagesse à se montrer sévères. Voilà pourquoi je peux bien réputer heureux l'homme qui a réussi à suivre la voie royale de la vérité<sup>2</sup>, à égale distance des deux vices que sont l'amabilité vaine et la sévérité orgueilleuse, l'homme qui, empli d'une charité vraie, ne s'attache pas à ce souci par vanité et ne s'en affranchit pas par présomption.

5. Toutefois, la vertu naturelle du véritable amour fait que, même sans le chercher, il réussit à se faire aimer en retour, ceci parce que la vérité n'a pas besoin de secours extérieur pour s'attirer facilement toute l'estime, pourvu que n'y fasse pas obstacle la malignité d'un esprit fâcheux, prêt à tout prendre en mauvaise part. Il est vrai que certains ont reçu de Dieu un don particulier pour s'attirer ce saint amour<sup>3</sup>. « Il égale leur visage avec l'huile<sup>4</sup> », il répand sur eux comme un charme paisible et rayonnant, il rend aimable aux yeux de tous aussi bien tout ce qu'ils font que tout ce qu'ils disent. Bien d'autres qui peut-être n'ont pas moins d'amour,

AMÉDÉE HALLIER, *Un éducateur monastique : Aelred de Rievaulx* (1959), p. 61; A. FISKE, « Aelred's of Rievaulx idea of friendship and of love », *Cîteaux*, 13 (1962), p. 102, 116.

2. Voir la note au § 3, ligne 117 du V° *Sermon pour l'Avent*.

3. *Règle de S. Benoît*, ch. 40, 1.

minus, immo et amplius amant, non facile eandem gratiam inveniunt<sup>1</sup>.

165 Ad omnes autem pertinet ut *providentes bona non*  
 110 D *solum coram Deo sed et coram hominibus* g, nec conscientiam negligant amore famae, nec famam fiducia conscientiae. Nam et de ipsa conscientia quomodo tibi blandiri potes nisi sine querela sis inter fratres, immo nisi te  
 170 fratrem inter fratres in omni conversatione tua demonstras? Putas enim satis esse si non scandalizas? Immo scandalizas si non aedificas, si non testimonium habens bonum intus et foris<sup>h</sup>, quantum ad gradum tuum attinet Deum ubique glorificas.

175 Sane malis quibus non placet nisi malum, quibus iustus gravis est etiam ad videndum, si illis placere te non sinit non tua negligentia, cum etiam omnes inimicos diligas, sed ipsorum nequitia *qui retribuunt mala pro bonis, odium pro dilectione tua*<sup>i</sup>, consolatur te qui ait :  
 111 A *Beati eritis cum vos oderint homines*<sup>j</sup>, et ille qui ait quia si talibus placeret, Christi servus non esset.

6. Verum illud miserabile est malum omnique lacrimarum flumine plangendum, quod quidem saepius experiuntur non modo praelati sed etiam subditi, qui fratres

177 etiam omnes I transp. M (exc. g) C omnes g

g. Rom. 12, 17 (non tantum ... sed etiam Vig)  
 i. Conflatur c Ps. 37, 21 et 108, 5

h. I Tim. 3, 7

j. Lc 6, 22

1. « Constituamus igitur duos homines ante oculos nostros, quorum alter sit lenis, blandus, tranquillus, suavis, et omnium honorum aptus consortio, invitans ceteros ad familiaritatem sui, dulcis eloquio, moribus temperatus, in quibusdam tamen virtutibus minus perfectus. Porro alter, licet in summa

et même en ont davantage, rencontrent difficilement autant de sympathie<sup>1</sup>.

En tout cas, c'est le devoir de tous de veiller à faire le bien non seulement devant Dieu, mais aussi devant les hommes g, sans s'inquiéter trop peu de leur conscience par attachement à l'opinion, ni trop peu de l'opinion par assurance en leur conscience. Du reste, comment te flatterais-tu d'avoir bonne conscience, à moins de vivre sans reproche au milieu des frères, mieux encore, de te révéler par toute ta conduite frère parmi les frères? Tu penses en effet qu'il te suffit de ne pas donner de scandale. Mais précisément, c'est un scandale de ne pas édifier, de ne pas glorifier Dieu partout, selon ton degré, en jouissant d'un bon témoignage au-dedans et au-dehors<sup>h</sup>.

Assurément, il y a de méchantes gens à qui rien ne plaît que le mal et à qui la seule vue d'un homme juste est à charge. Si tu ne peux arriver à plaire à ces gens-là — non que ce soit de ta faute, car personnellement tu aimes aussi tous tes ennemis, mais par leur faute à eux, qui rendent le mal pour le bien et la haine en réponse à ton amour<sup>i</sup> —, tu as pour te consoler celui qui a dit : « Bienheureux serez-vous lorsque les hommes vous haïront<sup>j</sup> », et aussi celui qui a dit que s'il plaisait à de tels gens, il ne serait pas le serviteur du Christ.

6. Mais voici un mal déplorable, qui devrait nous faire répandre tout un torrent de larmes, et dont non seulement les supérieurs, mais aussi les inférieurs animés

virtute perfectior, vultu tamen tristior, aspectu severior et fronte austeris moribus irrugata, qui omnibus benefaciat, praestet quod poscitur, non sit tamen suavis consortio, nec sua cunctos invitet benevolentia. Ut igitur illum diligat, animus quodam spontaneo movetur affectu; ut istum, urget ratio et ordinata regula caritatis. » S. AELRED, *Speculum caritatis*, 3, 18; CC *Continuatio mediavalis* I, 125 (PL 195, 592 BC).

185 suos aemulantur Dei aemulatione<sup>k</sup>; quod scilicet  
boni, licet non ex ea parte qua sunt boni, bonos inveniuntur  
odisse. Oderunt corripientem in porta<sup>1</sup>, et inimici  
hominis domestici eius<sup>m</sup>; ita ut etiam Paulus ingemiscat  
quod filiis et amicis inimicus factus sit vera dicens<sup>n</sup>.  
190 Ergo et ipse expertus est quod Comicus ait : *Veritas  
odium parit*<sup>1</sup>, immo et illud quod sponsa memorat :  
111 B *Filii matris meae pugnaverunt contra me*<sup>o</sup>, cum ego pro  
eorum pugnam salute.

O victrix regina, o triumphatrix magnifica, pugna,  
195 ne cedas, ne discedas aut lassescas, *noli vinci a malo  
sed vince in bono malum*<sup>p</sup>. *Sapientia vincit malitiam*<sup>q</sup><sup>2</sup>;  
quanto magis infirmitatem aut imprudentiam? Neque  
contradictionem carnalium malitiam interpretari potest  
caritas spiritalium, sed magis ignorantiam aut infirmi-  
200 tatem qua praeventi sunt. Quamquam nec ipsis apos-  
tolis contumelia visa sit quod mali a Domino sunt  
appellati<sup>r</sup><sup>3</sup>.

Quare autem haec ita loquor, fratres mei, dilecti Deo et  
mihi? Numquid quia malum huiusmodi suspicer in  
205 aliquo vestrum, contra quod mihi vel fratribus suis sit  
pugnandum? Numquid enim aliquis invenitur in vobis,  
111 C non dico rebellis, sed vel durus et intractabilis? Loquor

185 scilicet : scilicet et *f<sup>no</sup> g k* || 205 suis *codd.* : meis *Mab.*

k. II Cor. 11, 2 l. Amos 5, 10 (odio habuerunt ... Vlg) m. Mich.  
7, 6 n. Gal. 4, 16 o. Cant. 1, 5 p. Rom. 12, 21 q. Sag. 7, 30  
(sapientiam autem non vincit malitia Vlg) r. Matth. 7, 11

1. TÉRENCE, *Andria*, Acte 1, 68; AUSONE, *Ludus septem sapientium*;  
*PL* 19, 876.

2. Le texte se trouve assez fréquemment cité sous cette forme; par exemple  
en tête d'un sermon d'un disciple de S. Bernard : *PL* 184, 1031.

3. Ce thème de l'*affectus fraternus* se trouve sous une forme semblable,

pour leurs frères d'une jalousie divine<sup>k</sup>, ne font que trop  
souvent l'expérience : on rencontre des gens vertueux  
— mais ceci n'est pas le fait de leur vertu ! — qui ont  
de l'aversion pour d'autres également vertueux. « Ils  
ont en aversion le réprimandeur public<sup>1</sup>, et l'homme a  
pour ennemis les gens de sa maison<sup>m</sup>. » C'est à tel point  
que Paul lui-même gémit d'être devenu l'ennemi de ses  
fils et de ses amis pour leur avoir dit la vérité<sup>n</sup>. Il a  
donc eu lui aussi l'expérience de ce que dit le Comique :  
« La vérité engendre la haine<sup>1</sup> »; pire encore, celle que  
rappelle l'Épouse : « Les fils de ma mère ont combattu  
contre moi<sup>o</sup>, alors que je combattais pour leur salut. »

O reine victorieuse, ô triumphatrice glorieuse, combats !  
Ne plie pas, ne recule pas, ne te décourage pas ! Ne te  
laisse pas vaincre par le mal, mais triomphe du mal  
par le bien<sup>p</sup> ! La sagesse triomphe de la malice<sup>q</sup><sup>2</sup>;  
combien plus de la faiblesse et du manque de prudence !  
D'ailleurs l'opposition des hommes charnels ne saurait  
être considérée comme de la malice par la charité des  
hommes spirituels : elle paraît plutôt à ceux-ci une  
ignorance ou une faiblesse dont ceux-là souffrent. N'ou-  
blions pourtant pas que les apôtres mêmes ne se sont  
pas offusqués d'être qualifiés de « mauvais » par le  
Seigneur<sup>r</sup><sup>3</sup>.

Mais pourquoi vous parler de la sorte, mes frères, vous  
que Dieu aime et que j'aime ? Serait-ce que je soupçonne  
en l'un d'entre vous pareil mal, contre lequel nous aurions  
à lutter, ses frères ou moi ? Serait-ce qu'il se rencontre  
parmi vous quelqu'un, je ne dis pas de rebelle, mais de  
dur et d'intraitable ? Si je parle de la sorte, ce n'est pas

mais pleinement développé, chez S. AELRED dans son *Speculum caritatis*,  
3, 10-30; *CC Cont. med.* I, 118-140 (*PL* 195, 587-604); c'est le fondement  
théologique de son ouvrage postérieur et plus proche de l'expérience : *De  
spiritali amicitia*; *ibid.* 287-350 (659-702). Voir Amédée HALLIER, *Un  
éducateur ...*, p. 59-62. A. FISKE, *art. cit.*, spécialement p. 10-14, 89-90, 114-  
118.

haec non quia ita in vobis sit, sed ne aliquando sit;  
 ne forte aliquando cuiquam aliqua infirmitas subripiat,  
 210 ut quaecumque correptionem caritatis nisi cum caritate  
 suscipiat. Sic fiet ut tam is qui corripit, quam ille qui  
 corripitur, *dilectus sit a Deo et hominibus*, et memoria  
 utriusque in benedictione sit<sup>s</sup>; quod meritis beati  
 215 benedictus Dei Patris Christus Iesus, *qui est benedictus*  
*in saecula. Amen* <sup>t</sup>.

209 subripiat : subrepat *Mab.* || 215 est *I* : est Deus *M C* || 216 saecula : saecula saeculorum *d*

s. *Sir.* 45, 1      t. *Rom.* 1, 25

qu'il en soit ainsi chez vous, mais pour qu'il n'en soit jamais ainsi; c'est pour que jamais aucun de vous ne se laisse aller à quelque faiblesse, mais qu'il ne reçoive qu'avec charité toute réprimande inspirée par la charité. Il en résultera que réprimandeur et réprimandé seront également aimés de Dieu et des hommes, et que leur souvenir à tous deux sera en bénédiction<sup>s</sup>. Daigne nous l'accorder, en vertu des mérites de notre bienheureux père saint Benoît, celui qui est par excellence le béni de Dieu le Père, le Christ Jésus qui est béni pour les siècles. Amen <sup>t</sup>.



## DE EODEM SERMO QUARTUS

1. *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum*<sup>a</sup>.

111 D Haec quidem de Moyse scripta sunt, sed hodie beato  
Benedicto non incongrue quantum arbitror aptata sunt ;  
5 qui cum omnium plenus fuerit spiritu sanctorum, multo  
magis de spiritu Moysi credendus est habuisse non mini-  
mum. Si enim Dominus de spiritu Moysi tulit et posuit  
super omnem illam suffraganeam turbam seniorum qui  
in partem ministerii sunt asciti<sup>b</sup>, quanto magis super  
10 istum qui plenitudinem totius ministerii tanto verius  
quanto spiritalius implevit ? Ille dux fuit exeuntium de  
Aegypto, iste renuntiantium saeculo. Legislator ille, legis-  
lator et iste. Ille tamen minister litterae occidentis, iste  
spiritus vivificantis<sup>c</sup>. Ille *ad duritiam cordis*<sup>d</sup> iudaeorum  
15 dedit eis iustificationes non bonas praeter pauca mora-  
lia<sup>e</sup> ; iste solam puritatem evangelicam simplicemque  
morum tradidit disciplinam. Ille tam multa scribit intel-  
lectu difficilia, factu impossibilia vel inutilia<sup>f</sup> ; iste rec-  
tissimam vitae scribit *regulam, sermone luculentam, dis-*  
20 *cretione praecipuam*<sup>1</sup>. Denique dux ille filiorum Israel  
quos de Aegypto eduxit, in requiem promissam non  
induxit ; dux noster recta via, orientis tramite<sup>2</sup>, tam-  
quam signifer exercitus monachorum hodie praecessit  
nos in regnum coelorum. Itaque non erit absurdum si

13 tamen : tantum *Mab.* || 17 tradidit *I* : tradit *M C*

a. Sir. 45, 4    b. Ex. 18, 24-26    c. II Cor. 3, 6    d. Matth. 19, 8  
e. Cf. Gal. 3, 19-22. Rom. 4, 14.15 ; 5, 13.20 ; 7, 7-13    f. Act. 15, 10

1. S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Dialogorum*, 2, 36 ; *PL* 66, 200 C.

## IV<sup>e</sup> SERMON POUR LA FÊTE DE SAINT BENOIT

1. « Dans sa foi et sa douceur, il en fit un saint<sup>a</sup>. »

Ceci, il est vrai, fut écrit de Moïse, mais ce n'est pas mal à propos, je pense, qu'on l'applique aujourd'hui à saint Benoît, car, s'il fut rempli de l'esprit de tous les saints, nous devons croire qu'il participa surtout, et dans une large mesure, à l'esprit de Moïse. Si en effet le Seigneur prit de l'esprit de Moïse pour le poser sur toute cette foule d'anciens appelés à partager comme adjoints son ministère<sup>b</sup>, ne le fit-il pas reposer bien plus encore sur cet homme qui eut à s'acquitter en plénitude de la totalité de ce ministère, et de façon d'autant plus vraie que plus spirituelle ? Celui-là fut à la tête de ceux qui sortirent d'Égypte ; celui-ci, de ceux qui renoncent au siècle. Celui-là fut législateur ; législateur aussi celui-ci. Toutefois le premier fut ministre de la lettre qui tue ; l'autre, de l'esprit qui vivifie<sup>c</sup>. L'un donna aux juifs, en raison de leur dureté de cœur<sup>d</sup>, des lois dépourvues de bonté, exception faite de quelques prescriptions morales<sup>e</sup> ; l'autre n'a enseigné que le pur Évangile et une règle de vie très simple. Celui-là écrit toutes ces choses difficiles à comprendre, impossibles à faire, ou du moins inutiles<sup>f</sup> ; celui-ci écrit une très parfaite règle de vie, « claire dans son expression, remarquable par sa discrétion<sup>1</sup> ». Enfin, ce chef des enfants d'Israël les fit sortir d'Égypte, mais sans les introduire dans le repos de la terre promise ; notre chef, lui, par la route droite, le chemin de l'orient<sup>2</sup>, nous a précédés aujourd'hui au royaume des cieux, comme le porte-drapeau de l'armée des moines. Dans ces conditions, il ne paraîtra pas déraisonnable de croire

2. *Ibid.*, 37 ; 202 B.

25 credatur illius adaequasse meritum, cuius invenitur etiam superasse ministerium.

Nec incongrue videbitur ad ipsum esse translatum quod de illo scriptum legitur : *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum* Dominus, praesertim cum harum  
30 praecipue virtutum, fidei scilicet et lenitatis, nobis ipse  
112 B magister sit qui nequaquam aliter vixit quam docuit<sup>1</sup>.

2. Quid enim praeclarius illius fide qui, in aetate puerili mundum sibi aridentem irridens, tam mundi quam corporis sui florem quasi iam aridum calcavit<sup>2</sup>,  
35 magis appetens pro Deo mala mundi perpeti<sup>3</sup> quam in eo temporaliter prosperari ? Quid similis illi fidei Moysi quam Apostolus commendans ait : *Fide Moyses grandis factus negavit se filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere*  
40 *iucunditatem* ?<sup>4</sup>

Quid autem sanctius lenitate patris nostri, qui nec malitia falsorum fratrum vitae ipsius insidiantium et pro vino venenum propinquantium potuit exasperari<sup>4</sup> ?  
112 C Moysen quidem Scriptura praedicat mitissimum fuisse  
45 *super omnes homines qui morabantur in terra*<sup>h</sup> ; numquid tamen exacerbatum spiritum eius negat ? Numquid non iratum et valde iratum adversus aemulos memorat ? Huius autem mansuetudinem magistri nostri, non solum

48 autem om. d || mansuetudinem magistri nostri I : magistri nostri mansuetudinem M C

g. Hébr. 11, 24.25 h. Nombr. 12, 3

1. *Ibid.*, 36 ; 200 D. — « Illos per ministerium Moysi eduxit Dominus de Aegypto ; nos per ministerium sancti Benedicti eduxit de saeculo. » S. AELRED, *Serm.*, 5, *In natali S. Benedicti* ; PL 195, 239 C. « Nobis majora praestitit Deus per illum quam iudaëis per Moysen ... videbitis utique ista esse multo majora, quia sunt spiritalia. » *Ibid.* ; 240 B. D'une manière semblable dans un sermon pour la même fête : *Sermones inediti beati Aelredi rievallensis*, éd. C. H. Talbot (1952), p. 63. Voir A. HALLIER, *Un éducateur ...*, p. 92,

qu'il a égalé en mérite celui dont on constate qu'il a même surpassé le ministère.

Il ne paraîtra pas non plus mal à propos d'avoir appliqué à saint Benoît ce qui fut écrit de Moïse : « Dans sa foi et sa douceur, le Seigneur en fit un saint », d'autant plus que ce sont surtout ces deux vertus, la foi et la douceur, que nous apprend ce maître qui jamais ne vécut autrement qu'il n'enseigna<sup>1</sup>.

2. Qu'y a-t-il en effet de plus éclatant que sa foi ? Encore adolescent, dédaigneux du monde qui lui souriait, il foula aux pieds<sup>2</sup>, comme si déjà ils étaient fanés, aussi bien le monde que sa chair en leur fleur, tant il désirait souffrir pour Dieu les maux de ce monde<sup>3</sup> plutôt que d'y jouir d'une réussite éphémère. Qu'y a-t-il qui ressemble plus à la foi de Moïse vantée par l'Apôtre : « Par la foi, Moïse ayant grandi refusa de passer pour le fils de la fille de Pharaon, choisissant d'être maltraité avec le peuple de Dieu plutôt que de goûter la jouissance éphémère du péché » ?<sup>4</sup>

Qu'y a-t-il, d'autre part, de plus saint que la douceur de notre Père ? Même la méchanceté des faux frères qui attentèrent à sa vie et lui présentèrent du poison au lieu de vin ne réussit pas à le fâcher<sup>4</sup> ? Lorsqu'il s'agit de Moïse, l'Écriture déclare bien qu'il fut le plus doux des hommes que la terre ait portés<sup>h</sup> ; nie-t-elle pour autant que son esprit ait été parfois ému de colère ? Ne rappelle-t-elle pas qu'il s'irrita, et s'irrita violemment, contre ses ennemis ? Mais lorsqu'il s'agit de notre maître, je me rappelle avoir lu que sa douceur fut admirable, non

120-122. En effet le parallèle entre S. Benoît et Moïse est assez courant. On peut se souvenir que la fête tombait très souvent en Carême, dont les leçons et les répons parlaient de Moïse.

2. S. GRÉGOIRE, *Dialogorum*, 2, Prolegomena ; PL 66, 126 A.

3. *Ibid.*, 1 ; 128 C.

4. *Ibid.*, 3 ; 136 AB.

erga maledicos sed etiam erga maleficos, mirabilem me  
 50 legisse memini, iracundiam non memini. Quamquam nec  
 in ipso sicut nec in Moyse praeconio sanctae lenitatis  
 praeiudicet, si iustus zelo contra peccantes fervet, sine  
 quo lenitas tepor aut timiditas est. Quomodo enim leni-  
 55 alias sanctus erat damnata est<sup>1</sup>? Fratres, *habete pacem*  
 112 D *inter vos*, mandat ille magister pacificus et lenis; prius  
 tamen praemittit: *Habete salem in vobis*<sup>1</sup>; sciens nimi-  
 rum pacis lenitatem vitiorum esse nutricem, nisi prius  
 asperitas zeli mordacem eis inspenserit salem; sicut et  
 60 carnes vermescere facit clementia temporis, nisi desic-  
 caverit eas fervor salis. *Habete itaque pacem inter vos sed*  
*quae sale condita sit sapientiae*<sup>1</sup>; sectamini lenitatem  
 sed quae ferveat fide.

3. In fide et lenitate vos quoque sancti eritis, nec  
 65 iam lenitas suspecta erit, si fides praecesserit, tantum  
 fides non ficta<sup>k</sup> sed vera sit, fides non mortua<sup>l</sup> sed viva  
 et vivida sit. Non modo viva vel vivida, sed et constans  
 113 A et intrepida fides erat Moysi, de quo Paulus scribit:  
*Fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis*<sup>m</sup>.  
 70 Animosi sunt reges, sed animosior est fides, quippe quae  
 potentiam eorum nullam esse videt, ac per hoc omnem  
 persequentium insaniam segura quasi superior irridet,  
 promptior et fortior ad perferendum quam illorum furor  
 ad persequendum.  
 75 Duo sane commendare mihi videtur Apostolus in illa

53 enim I: namque M (exc. h) C neupe h || 54 ipsa I: illa M C

i. I Sam. 2, 27-36 j. Mc 9, 49 (habete in vobis sal, et pacem habete  
 inter vos Vlg) k. I Tim. 1, 5 l. Jac. 2, 17 m. Hébr. 11, 27

1. « Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi

seulement envers les médisants, mais même envers les  
 malfaisants; je ne me rappelle pas qu'il soit question de  
 sa colère. Du reste, qu'il s'agisse de lui tout autant que  
 de Moïse, ce n'est pas au détriment de l'éloge mérité par  
 sa sainte douceur qu'un juste en vient à s'enflammer de  
 zèle contre les pécheurs; faute de cela, la douceur est  
 tiédeur ou lâcheté. Car comment la douceur, à elle seule,  
 parviendrait-elle à rendre saint qui que ce soit, alors  
 qu'elle a été condamnée chez Héli, qui par ailleurs était  
 un saint<sup>1</sup>? Frères, « ayez la paix entre vous », nous  
 commande le Maître pacifique et doux; mais il précise  
 auparavant: « Ayez du sel en vous<sup>1</sup>. » Il sait en effet que  
 la douceur de la paix est la nourrice des vices si la rigueur  
 du zèle ne les a pas auparavant saupoudrés du piquant  
 du sel. Ainsi en est-il pour les viandes, qu'un temps  
 clément fait grouiller de vers si le feu du sel ne les a pas  
 desséchées. Ayez donc la paix entre vous, mais une paix  
 qui soit assaisonnée du sel de la sagesse<sup>1</sup>. Recherchez la  
 douceur, mais une douceur qui brûle du zèle de la foi.

3. C'est dans la foi et la douceur que vous serez vous  
 aussi des saints. Et votre douceur sera sans équivoque si  
 la foi la précède. Encore faut-il que ce soit une foi non pas  
 menteuse<sup>k</sup>, mais véritable, une foi non pas morte<sup>l</sup>, mais  
 vive et vivante. Elle n'était pas que vive et vivante, mais  
 encore constante et intrépide, la foi de Moïse de qui  
 Paul écrit: « Par la foi, il quitta l'Égypte sans redouter  
 l'ardeur du roi<sup>m</sup>. » Les rois ont de l'ardeur, mais la foi  
 a plus d'ardeur encore, car elle voit le néant de leur  
 puissance et, par le fait, se moque impunément et comme  
 de haut de toute leur poursuite dérisoire: elle se montre  
 plus prompte et plus hardie à supporter que ne l'est leur  
 fureur à persécuter.

Il me semble que l'Apôtre souligne deux traits de cette

sapientia designatur. » S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Regula pastoralis*, II, ch. 4;  
 PL 77, 31 C.

S. (1. 2)

4

memorabili fide Moysi, cui occasione lectionis hodiernae comparandam diximus fidem sancti patris nostri Benedicti ; scilicet quod isdem Moyses, qui fidei exemplum factus est, huius mundi contempsit prospera nec timuit  
 80 adversa. Prospera contempsit, *maiores divitias aestimans thesauris aegyptiorum improprium Christi* ; adversa  
 113 B non timuit, *non veritus scilicet animositatem regis*. Ad utraque vero causam Apostolus subiunxit, unde scilicet id potuerit, ut discamus unde nostra fides infirmetur  
 85 in nobis. *Maiores divitias reputabat thesauris aegyptiorum improprium Christi ; aspiciebat enim, inquit, in remunerationem. Non est veritus animositatem regis ; invisibilem enim, inquit, tamquam videns sustinuit* <sup>n</sup>. Nimirum inde fit ut nihili reputentur temporalia, si prae  
 90 oculis habeantur aeterna ; inde fit ut facile potestas contemnatur humana, si tamquam semper imminens potestas timeatur divina.

Utrumque vero sola fides agit, cuius tam vividi tam perspicaces sunt oculi, ut et in ea quae futura sunt  
 95 prospectum vivaciter porrigat, et in ea quae, licet praesentia sint, occulta tamen sunt intuitum perspicaciter  
 113 C figat. Fidei siquidem, quam aeternus Spiritus illuminat, nec mora temporis nec moles corporis praeiudicare potest, quin et tempus praecedat praesumendo quod futurum  
 100 est, et corpus excedat intuendo quod spiritus est. Gemina siquidem est fidei virtus contemplantis non ea quae videntur sed quae non videntur, sicut gemina est ratio eorum quae non videntur. Aut enim ideo non videntur quia praesentia non sunt, aut ideo quia etsi praesentia  
 105 sunt spiritalia sunt. Praesentia non sunt bona futura quae promittuntur. Praesens est, sed occultus est quia

78 isdem : idem e g Mab. || 83 utraque I : utrumque M C || 84 nostra fides I(exc. d) g transp. d M(exc. g) C || 96 sint I h : sunt M(exc. h) C

n. Hébr. 11, 26.27 (thesauris : thesauro Vlg)

foi exemplaire de Moïse à laquelle il faut comparer, nous l'avons dit à propos des leçons d'aujourd'hui, la foi de notre Père saint Benoît. C'est que Moïse, devenu l'exemple de la foi, méprisa les prospérités de ce monde, et qu'il n'en craignit pas les adversités. Il en méprisa les prospérités, puisqu'il estima l'opprobre du Christ une plus grande richesse que les trésors des Égyptiens ; il n'en craignit pas les adversités, puisqu'il ne redouta pas l'ardeur du roi. Et dans les deux cas l'Apôtre a précisé la raison qui l'en rendit capable, ceci pour nous apprendre d'où vient la faiblesse de notre propre foi : « Il estima l'opprobre du Christ une plus grande richesse que les trésors des Égyptiens, car il avait les yeux fixés sur la récompense. — Il ne redouta pas l'ardeur du roi, car il tint bon comme s'il voyait l'invisible <sup>n</sup>. » Le moyen en effet de compter pour rien les biens temporels, c'est de fixer les yeux sur les biens éternels ; le moyen de mépriser facilement la puissance des hommes, c'est de craindre comme toujours menaçante la puissance de Dieu.

Cette double attitude résulte de la seule foi. Celle-ci a les yeux si vifs et si pénétrants qu'elle porte avec acuité son regard sur les réalités à venir, tandis qu'elle fixe avec perspicacité sa vue sur les réalités présentes quoique cachées. Éclairée comme elle l'est de l'Esprit éternel, la foi ne peut pâtir ni de la longueur du temps ni de l'opacité des corps ; elle peut à la fois anticiper le temps pour saisir d'avance l'avenir et dépasser les corps pour contempler le spirituel. La foi opère en effet de deux façons différentes quand elle contemple non les réalités qui se voient, mais celles qui ne se voient pas, de même qu'il y a deux raisons différentes à ce que celles-ci ne se voient pas. Si elles ne se voient pas, c'est ou bien qu'elles ne sont pas présentes, ou bien que, tout en étant présentes, elles sont spirituelles. Ne sont pas présents les biens à venir qui nous sont promis. Est présent, mais caché puisqu'il

spiritus est °, Deus ipse qui promittit vel minatur. Porro fides, quia est *substantia sperandarum rerum* p, bona futura quae sperat quasi praesentia praesumit, et iam  
 110 quasi subsistere in corde credentis facit. Item quia est  
 113 D *argumentum non apparentium* q, Deum etsi non appareat praesentem tamen esse sibi coarguit, probat et convincit. Illi qui dicebat : *Qui conresuscitavit et consedere fecit in coelestibus in Christo* r, *fides erat substantia rerum sperandarum* ; illi qui *invisibilem tamquam videns* sustinebat, *argumentum erat non apparentium*. Qui enim dicebat : *Spe salvi facti sumus* s, nonne quod sperabat et per patientiam expectabat, iam per fidem in corde suo subsistere demonstrabat ? Et qui proponebat Deum in  
 120 conspectu semper t, nonne persuasum tenebat argumento fidei eum praesentem esse qui non apparebat ?  
 114 A 4. Huic fidei prorsus aptissime congruit quod Scriptura dicit : *Iustus ex fide vivit* u. Haec enim iustum facit, iustumque custodit, et ut vivat in aeternum interim spei  
 125 gaudio pascit. Quid enim hominem sic a peccato revocat et servat sicut fides, quae *invisibilem tamquam videns* sustinet et observat ? Quid ita spe facit gaudentem sicut fides quae semper in remunerationem aspicit ? Nos enim, fratres, quare negligentes sumus, nisi quia praesentiam  
 130 Iudicis nostri minus vigilanter intendimus ? Aut quare tristitia paene absorbemur, nisi quia remunerationem promissam minus fideliter cogitamus ? Haec siquidem duo mala sunt, negligentia scilicet et tristitia, quibus

119 Deum I h : Dominum M (exc. h) C || 125 hominem sic I transp. M C || 127 facit gaudentem I transp. M C

o. Jn 4, 24      p. Hébr. 11, 1 (sper. subst. rer. Vlg)      q. *Ibid.*  
 r. Éphés. 2, 6      s. Rom. 8, 24      t. Ps. 15, 8      u. Rom. 1, 17

est esprit °, Dieu lui-même qui promet et menace. Or la foi, parce qu'elle est la consistance de ce qu'on doit espérer p, saisit d'avance, comme s'ils étaient présents, les biens futurs qu'elle espère et les fait pour ainsi dire exister déjà dans le cœur du croyant. De même, parce qu'elle est la preuve de ce qui n'apparaît pas q, elle se prouve la présence de Dieu, elle s'en convainc, elle s'en persuade, quoiqu'il n'apparaisse pas. Pour celui qui disait : « Il nous a ressuscité avec le Christ et nous a fait asseoir avec lui dans les cieux r », la foi était la consistance de ce qu'on doit espérer ; pour celui qui tenait bon comme s'il voyait l'invisible, elle était la preuve de ce qui n'apparaît pas. Celui qui disait : « Nous sommes sauvés en espérance s », ne montrait-il pas que l'objet de son espérance et de sa patiente attente, possédait déjà une consistance en son cœur grâce à la foi ? Quant à celui qui toujours maintenait Dieu devant ses yeux t, ne possédait-il pas, par la preuve de la foi, la certitude de sa présence, alors qu'il n'apparaissait pas ?

4. Vraiment, c'est à cette foi que correspond très exactement le mot de l'Écriture : « Le juste vit de la foi u. » C'est elle en effet qui le rend juste et qui le garde juste ; elle qui pour le faire vivre dans l'éternité le nourrit d'ici-là de la joie de l'espérance. Qu'y a-t-il en effet qui retire l'homme du péché et l'en préserve autant que la foi qui attend et observe l'invisible comme si elle le voyait ? Qu'y a-t-il qui fasse jouir l'homme de l'espérance autant que la foi qui regarde toujours vers la récompense ? Car pour nous, mes frères, pourquoi sommes-nous négligents, sinon parce que nous prêtons une attention moins vigilante à la présence de notre Juge ? Et pourquoi sommes-nous presque submergés par la tristesse, sinon parce que nous gardons un souvenir moins fidèle de la récompense promise ? Oui, voilà les deux maux dont souffre lamentablement notre peu de foi : la négligence et la tristesse. Ou

135 miserabiliter infidelitas nostra laborat; quia videlicet  
 114 B aut negligimus mandata, aut si necessitate timoris a  
 negligentia coercemur nequaquam hilariter operamur nec,  
 sicut fides postulat, spe remunerationis in labore conso-  
 lamur. *Credere, inquit, oportet accedentes ad Deum quia*  
 140 *est, et inquirentibus se remunerator est*<sup>v</sup>. Si non dissi-  
 mulemus *quia est*, habemus custodiam timoris; si non  
 dissimulemus *quia inquirentibus se remunerator est*, habe-  
 mus consolationem spei. Ubi custodia timoris, nullus  
 locus negligentiae; ubi consolatio spei, nullus locus  
 tristitiae.

145 Sicut autem de fide qua Deus esse creditur timor  
 salubris nascitur, ita cum minime creditur aut dissi-  
 mulatur omnibus malis frena laxantur. Quare enim  
 114 C *corrupti et abominabiles facti sunt in iniquitatibus*, nisi  
 150 *quia dixit ille generalis insipiens in corde suo : Non est*  
*Deus*<sup>w</sup>; aut certe si nescire Deum non permittitur, *non*  
*est timor Dei ante oculos eius*; sed *dolose agit in conspectu*  
*eius*, dissimulans quod novit invitus *ut inveniatur ini-*  
*quitas eius ad odium*<sup>x</sup>? Merito prorsus dolosus ad odium,  
 155 non odit Deum cuius declinat aspectum, contemnit  
 imperium, vellet non esse iudicium? Ignorans quidem  
 ignorabitur; odiens autem et odietur. Ille reprobabitur  
 veritate iudicii, in istum vindicabitur severitate odii.

5. Adeo, fratres, periculosior est fides ficta, fides  
 160 dolosa quae seipsam dissimulat, quam fides nulla. Fides

146 salubris : salutis Mab. || 154 qui I M : quia C

v. Hébr. 11, 6 (accedentem Vig) w. Ps. 52, 1.2 x. Ps. 35, 2.3  
 (agit : egit Vig)

bien en effet nous sommes négligents dans la pratique des  
 commandements; ou bien, lorsque la crainte nous force  
 à réprimer notre négligence, nous nous exécutons sans  
 nulle gaieté et ne sommes pas, comme le veut la foi,  
 consolés dans notre labeur par l'espoir de la récompense.  
 « Il faut, est-il dit, que ceux qui approchent Dieu croient  
 qu'il existe et qu'il récompense ceux qui le cherchent v. »  
 Si nous ne fermons pas les yeux sur ce qu'il existe, nous  
 sommes protégés par la crainte; si nous ne fermons pas  
 les yeux sur ce qu'il récompense ceux qui le cherchent,  
 nous sommes consolés par l'espérance. Sous la protection  
 de la crainte, plus de place pour la négligence; dans la  
 consolation de l'espérance, plus de place pour la tristesse.

Or, autant une crainte salutaire naît de la foi qui nous  
 fait croire à l'existence de Dieu, autant, lorsqu'on ne  
 croit pas du tout ou qu'on ferme les yeux, on lâche la  
 bride à tous les vices. Pourquoi en effet se sont-ils cor-  
 rompus et sont-ils devenus abominables dans leurs ini-  
 quités, si ce n'est parce que l'insensé qu'ils sont tous a dit  
 en son cœur : « Dieu n'existe pas w »; ou au moins, car on  
 n'est pas libre d'ignorer Dieu, que la crainte de Dieu  
 n'est pas sous ses yeux, mais qu'il agit traîtreusement  
 devant lui : il ferme les yeux sur ce qu'il sait à regret,  
 et alors son iniquité lui méritera de la haine x. Il est  
 tout à fait équitable que sa trahison lui mérite la haine,  
 puisqu'il n'y a pas chez lui ignorance mais haine de Dieu.  
 Comment, en effet, ne pas parler à son sujet de haine de  
 Dieu, quand il évite son regard, méprise ses ordres et  
 voudrait que son jugement n'existe pas? Qui ignore se  
 verra ignoré et qui hait sera haï. Le premier sera  
 condamné par la vérité du jugement; du second sera  
 tirée vengeance par la sévérité de la haine.

5. Voilà, mes frères, à quel point le danger de la foi  
 menteuse, de la foi traîtresse, qui veut s'ignorer elle-  
 même, l'emporte sur celui de la foi inexistante. Par

- 114 D nulla per insipientiam dicit *in corde suo* ; *Non est Deus* ;  
fides ficta per nequitiam *dolose agit in conspectu eius*, et  
se scire Deum vel sciri a Deo dissimulat, dum sciens et  
prudens immo imprudens et impudens, sub oculis eius  
165 peccat. Nescio tamen quomodo possit dici fides, quae  
fictos et dolosos potius facit quam fideles. Scio quidem  
quia confessione fidei plena est terra ; sed tamen audio  
prophetam plangentem quia *periiit fides de terra* <sup>v</sup>. Putas  
enim Filius hominis, si nunc veniret, inveniret fidem  
170 super terram <sup>z</sup> ? Numquid fidem reputaret hanc fictam  
fidem negligentium et contemnentium, qua levius dam-  
nat caecitatem infidelium, qua meliorem iudicat credu-  
litate[m] daemonum ? *Daemones credunt et contremiscunt* <sup>a</sup> ;  
115 A homines credunt nec contremiscunt. Daemones quem  
175 credunt verentur ; homines, dum quem credunt nec  
timent nec verentur, gravius de contemptu iudicantur.  
Non fallamur ergo, fratres, generali nomine fidei,  
quasi quaecumque fides ad iustitiam debeat reputari <sup>b</sup> ;  
sed meminerimus *doctor gentium in fide et veritate* <sup>c</sup> qua-  
180 lem definierit fidem qua Deo est placendum : *Fides*,  
*inquiens, est substantia rerum sperandarum, argumentum*  
*non apparentium* <sup>d</sup>. Haec est fides quae per dilectionem  
operatur <sup>e</sup>, ut suadente conscientia meritorum de fide  
185 spes nascatur, fidesque supponatur velut subiectum fun-  
damentum cui supraedificentur bona aeterna qua spe-  
randa sunt. *Sine ista fide impossibile est placere Deo* <sup>f</sup>,  
115 B et cum ista impossibile est displicere Deo. *Oculi tui,*  
*Domine, respiciunt fidem* <sup>g</sup>, dixit ille qui iugiter in cons-

184 subiectum I : subiectum et M C

y. Jér. 7, 28. Mich. 7, 2 z. Lc 18, 8 a. Jac. 2, 19 b. Rom. 4, 5  
c. I Tim. 2, 7 d. Hébr. 11, 1 e. Gal. 5, 6 f. Hébr. 11, 6 g. Jér. 5, 3

manque d'intelligence, la foi inexistante dit en son cœur : « Dieu n'existe pas » ; par malice, la foi menteuse « agit traîtreusement devant lui » et affecte de ne pas connaître Dieu ni être connue de lui, lorsque sciemment et consciemment, ou plutôt imprudemment et impudemment, elle pêche sous ses yeux. Je ne sais du reste comment on peut appeler foi une foi qui vous rend plutôt faux et traître que fidèle. Je sais, sans doute, que la terre est pleine de la confession de la foi ; et pourtant j'entends le prophète se plaindre que la foi ait disparu de la terre <sup>v</sup> ! Et penses-tu que le Fils de l'homme, s'il venait maintenant, trouverait la foi sur la terre <sup>z</sup> ? Considérerait-il comme une foi cette foi menteuse des hommes pleins de négligence et de mépris, pour laquelle il est moins indulgent que pour l'aveuglement des infidèles, à laquelle il préfère la croyance des démons ? Les démons croient et frémissent <sup>a</sup> ; les hommes croient et ne frémissent pas ! Les démons respectent celui auquel ils croient ; les hommes, ne craignant ni ne respectant celui auquel ils croient, sont jugés plus sévèrement pour ce mépris.

Ainsi, mes frères, ne nous laissons pas abuser par le terme général de « foi », comme si n'importe quelle foi devait être imputée à justice <sup>b</sup>. Rappelons-nous plutôt quelle définition « le docteur des nations dans la foi et la vérité <sup>c</sup> » donne de la foi qui peut rendre agréable à Dieu : « La foi, dit-il, est la consistance de ce qu'on doit espérer, la preuve de ce qui n'apparaît pas <sup>d</sup>. » Voilà la foi qui opère par la charité <sup>e</sup> : alors la conscience de nos mérites nous rassure, et de la foi peut naître l'espérance ; alors la foi peut servir de base consistante, et comme de fondation, à l'édifice des biens éternels qu'il nous est donné d'espérer. Sans une pareille foi, il est impossible de plaire à Dieu <sup>f</sup> ; avec une pareille foi, il est impossible de déplaire à Dieu. « Tes yeux, Seigneur, regardent ma foi <sup>g</sup> », disait celui qui se tenait constam-

pectu tuo stabat per fidem. Omnino iuste et merito  
 190 prorsus debita vicissitudo, ut oculi tui, Domine, respiciant fidem ; quia *oculi mei semper ad Dominum*<sup>h</sup> fideliter dicentem : intelligis fidem.

6. Nos autem, fratres, si tamquam sine fide simus  
 Deum post dorsum nostrum ponimus, ut dissimulantes  
 195 timorem eius in vanitates potius respiciamus, quo  
 116 A merito nos respiciendos putamus ? Immo respiciemur,  
 sed quo vultu ? *Vultus Domini super facientes mala*<sup>l</sup> ;  
 sed quam iratus, quam terribilis, quam importabilis tunc  
 demum scietur, quando fugient *qui oderunt eum a facie*  
 200 *eius*<sup>j</sup>. Et a facie tua, Domine, quo fugient nisi in tenebras  
 exteriores, in illud chaos et abyssum ignis et caliginis ?  
 Tunc enim dicent montibus : *Cadite super nos, et collibus*  
 : *Operite nos*<sup>k</sup> ; levius aestimantes absorberi voragine  
 inferni quam sustinere faciem Dei irati. Enimvero  
 205 *tunc stabunt iusti in magna constantia*<sup>l</sup> ; tunc fides,  
 quae modo sollicita stat in conspectu Domini ad videndum  
 voluntatem ipsius, secura stabit ad videndam gloriam  
 116 B eius. *Vigilate, fratres, state in fide*<sup>m</sup>. Quem fides timore  
 sollicitat non potest dormire per negligentiam ;  
 210 quem fides in spe radicat non potest titubare per diffidentiam.  
*Omnia autem vestra in caritate fiant*<sup>n</sup>, ut fidei lenitas  
 iungatur, quatenus de unoquoque vestrum dicatur :  
*In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum* Dominus ;  
 quod ipse praestet Sanctus sanctorum, qui vivit et  
 215 regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

191 fideliter dicentem intelligis fidem *codd.* : fidelem *Mab.* || 215 Amen *a e g h om. b d f k o*

h. Ps. 24, 15    i. Ps. 33, 17    j. Ps. 67, 2    k. Lc 23, 30    l. Sag. 5, 1  
 m. I Cor. 16, 13    n. *Ibid.* 14

ment en ta présence par la foi. Que tes yeux, Seigneur, regardent ma foi, c'est un retour dû à juste titre et en toute équité, puisque « mes yeux sont toujours fixés sur le Seigneur<sup>h</sup> » qui me dit avec confiance : « Tu sais ce qu'est la foi. »

6. Quant à nous, mes frères, si nous nous comportons comme des gens dépourvus de foi et tournons le dos à Dieu, si nous fermons les yeux à la crainte de Dieu pour regarder plutôt des bagatelles, à quel titre pensons-nous qu'il doive nous regarder ? Ou plutôt, il nous regardera, mais avec quel visage ! « Le visage de Dieu se tourne vers ceux qui font le mal<sup>l</sup> » ; combien irrité, combien terrible, combien insoutenable, on le saura finalement, lorsque « s'enfuiront de devant sa face ceux qui le haïssent<sup>j</sup> ». S'enfuyant de devant ta face, où fuiront-ils, Seigneur, sinon vers les ténèbres extérieurs, vers ce chaos et cet abîme de feu et d'obscurité ? C'est alors en effet qu'ils diront aux montagnes : « Tombez sur nous », et aux collines : « Couvrez-nous<sup>k</sup> », jugeant plus doux d'être absorbés par le gouffre de l'enfer que de soutenir le regard de Dieu irrité. Par contre, « c'est alors que les justes se tiendront en grande assurance<sup>l</sup> ; c'est alors que la foi, qui pour l'instant se tient inquiète en la présence du Seigneur pour discerner sa volonté, s'y tiendra rassurée pour contempler sa gloire. Veillez, mes frères ; tenez-vous fermes dans la foi<sup>m</sup>. Lorsque la foi nous provoque à la crainte, on ne peut s'endormir par négligence ; lorsque la foi nous enracine dans l'espérance, on ne peut chanceler par défiance. Mais faites toutes vos actions dans la charité<sup>n</sup>, de sorte que la douceur s'y joigne à la foi, afin qu'on dise de chacun d'entre vous : « Dans sa foi et sa douceur, le Seigneur en a fait un saint. » Que le Saint des saints en personne vous l'accorde, lui qui vit et règne dans tous les siècles des siècles. Amen.



IN ANNUNTIATIONE BEATAE  
MARIAE SERMO PRIMUS

115 C 1. Opportune nobis in his diebus quadragesimalis  
observantiae sollemnitas intervenit dominicae annuntia-  
5 tionis, ut qui fatigantur afflictione corporali gaudio  
recreari valeant spiritali, et quos humiliavit poeniten-  
tia luctus annuntiatio illius *qui tollit peccata mundi* <sup>a</sup>  
consoletur. Sic quippe scriptum habetur : *Moeror in*  
*corde viri humiliabit eum, et sermone bono laetificabitur* <sup>b</sup>.  
10 Prorsus sermo bonus, *sermo fidelis et omni acceptione*  
*dignus* <sup>c</sup> evangelium nostrae salutis, quod angelus  
missus a Deo <sup>d</sup> hodierna die Mariae evangelizavit,  
115 D ac laetum de incarnatione Verbi dies diei angelus virgini  
verbum eructavit <sup>e</sup>. Sermo ille dum Filium promittit  
15 virgini, veniam pollicetur reis, redemptionem captivis,  
adaptionem clausis vitamque sepultis <sup>f</sup>. Sermo ille  
dum Filii regnum praedicat iustorum quoque gloriam  
annuntiat, terret inferos, laetificat coelos <sup>g</sup>, et sicut  
cognitione mysteriorum sic etiam novitate gaudiorum  
20 perfectionem auxisse videtur angelorum <sup>h</sup>. Quem ergo  
non laetificet ille sermo bonus in afflictione sua ; quem  
non consoletur verbum illud in humilitate sua ? *Memor*  
*esto, inquit David, verbi tui servo tuo in quo mihi spem*  
*dedisti. Haec enim me consolata est in humilitate mea* <sup>i</sup>.

<sup>g</sup> habetur I : habes M C

a. Ordinarium missae. Cf. Jn 1, 29    b. Prov. 12, 25 (eum : illum Vig)  
c. I Tim. 1, 15 ; 4, 9    d. Lc 1, 26    e. Ps. 18, 3    f. Ps. 118, 49-50

1<sup>er</sup> SERMON POUR L'ANNONCIATION  
DE LA BIENHEUREUSE VIERGE MARIE

1. C'est bien à propos que survient pour nous au milieu de ces jours de Carême la fête de l'Annonciation du Seigneur ! Ainsi, ceux que lasse l'affliction corporelle peuvent reprendre force dans l'allégresse spirituelle, et ceux qu'attriste l'humiliation de la pénitence se consolent à l'annonce de celui qui ôte les péchés du monde <sup>a</sup>. C'est en ce sens qu'il est écrit : « La tristesse dans le cœur de l'homme l'humiliera, et une bonne parole le rendra joyeux <sup>b</sup>. » Certes, c'est une bonne parole, une parole fidèle et digne de tout accueil <sup>c</sup> que cet évangile de notre salut annoncé aujourd'hui à Marie par l'ange envoyé de Dieu <sup>d</sup> ; c'est une joyeuse parole que le jour profère au jour, l'ange à Marie <sup>e</sup>. Cette parole, en promettant à la Vierge un fils, promet aux coupables le pardon, aux captifs le rachat, aux prisonniers la liberté, aux morts la vie <sup>f</sup>. Cette parole, en proclamant la royauté du Fils et en annonçant aussi la gloire des justes, terrifie les enfers, réjouit les cieux <sup>g</sup> et semble avoir donné aux anges <sup>h</sup> un surcroît de perfection, autant par la révélation de ces mystères que par le renouvellement de leurs joies. Est-il personne que cette bonne parole ne réjouisse en son affliction ? Personne que cette parole ne console en son humiliation ? « Souviens-toi, dit David, de ta parole à ton serviteur. Par elle tu m'as donné espoir. Car c'est elle qui m'a consolé en mon humiliation <sup>i</sup>. » Il avait

1. S. BERNARD, *Assumpt.*, 4, 9 ; *Dom. infra oct. Assumpt.*, 2 ; *EC V*, 250, 263 (*PL* 183, 430 A, 430 D).

2. « Per te enim coelum repletum, infernus evacuatus est. » *Id.*, *Assumpt.*, 4, 8 ; *EC V*, 250 (*PL* 183, 429 B).

3. « In te enim angeli laetitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inveniunt in aeternum. » *Id.*, *Pent.*, 2, 4 ; *EC V*, 168 (*PL* 183, 328 B).

- 25 Verbum tantum promissionis acceperat, sed nullo adhuc  
indicio sese effectus prodebat. Affligebat eum dilatio  
116 C voti, sed consolabatur certitudo spei ex fide promittentis.  
2. Si ergo David sola spe salutis huius, quae nobis  
servabatur, animum pascebat; quod gaudium, quae  
30 deliciae rei ipsius exhibitio nobis esse debuerat ?  
O felicitas temporum istorum, o infelicitas temporum  
istorum. An non felicitas temporum in quibus tanta  
plenitudo gratiae et omnium bonorum ? An non infelicitas  
temporum in quibus tanta ingratitude redemptorum ?  
35 *Ecce enim, venit plenitudo temporis in quo mittit Deus  
Filius suum* <sup>g</sup>, ut fiat Filius hominis hominumque  
Salvator; et ecce magnitudo teporis ut Salvatorem  
suum fastidiat homo peccator. Annuntiatur salus perditis  
et contempnunt; promittitur vita desperatis et negligunt;  
40 venit Deus ad homines et non assurgunt.  
116 D Assurgit qui aliqua devotione se erigit ut det gloriam  
gratiae Dei; assurgit qui saltem cum gaudio suscipit  
verbum propriae salutis. Scio autem, scio quis est qui  
laetificatur illo sermone bono. Ille proculdubio quem  
45 prius humiliavit pius moeror in corde suo <sup>h</sup>, moeror  
de peregrinatione et exilio, moeror de vinculis mortis<sup>1</sup>  
et periculis inferni; qui moerens cotidie plangit quod  
praeoccupaverint eum laquei mortis et pericula inferni  
invenerint <sup>i</sup>. Huic nimirum iucundus advenit hodiernus  
50 ille nuntius de coelo; hic gratulabundus excipit ser-  
monem de Dei Filio; huic, inquam, lugenti et moerenti  
quod tantis sit malis praeventus et circumventus non  
sine gaudio Liberator annuntiatur, qui *oleum gaudii*

<sup>37</sup> magnitudo teporis *e f<sup>pc</sup> h Mab.* : magnitudo temporis *a b f<sup>ac</sup> k o<sup>ac</sup>*  
magnitudo (temporis *cancellatur*) torporis *d* ingratitude temporis *g o<sup>pc</sup>*

<sup>g</sup>. Antiphona in festo Nativ. Domini. Cf. Gal. 4, 4      <sup>h</sup>. Prov. 12, 25  
<sup>i</sup>. Ps. 17, 6      <sup>j</sup>. Ps. 114, 3

seulement reçu une parole de promesse, sans que la réalisation se manifestât encore par aucun indice. Le délai imposé à son désir l'affligeait, mais il se consolait dans la ferme espérance fondée sur la fidélité de l'auteur de la promesse.

2. Si donc David repaissait son âme de la seule espérance du salut qui nous était réservé, quelle joie, quel bonheur devrait être pour nous sa réalisation ?

Quel temps fortuné ! Quel temps infortuné ! Fortuné, n'est-ce pas, le temps marqué par une telle plénitude de grâce et de biens de toute sorte ? Infortuné, n'est-ce pas, le temps marqué par une telle ingratitude des hommes rachetés ? Voici qu'est venue la plénitude des temps où Dieu envoie son Fils <sup>g</sup> pour qu'il devienne Fils de l'homme et Sauveur des hommes ; et voici l'étendue de la tiédeur qui donne à l'homme pécheur le dédain de son Sauveur ! Le salut est annoncé aux réprouvés et ils le méprisent ; la vie est promise aux désespérés et ils n'en ont cure ; Dieu vient aux hommes et ils ne se lèvent pas.

Celui-là se lève qui se laisse soulever par un peu de dévotion pour rendre gloire à la grâce de Dieu ; celui-là se lève qui, tout au moins, accueille avec joie la parole de son propre salut. Or je sais, je sais qui est celui que rend joyeux cette bonne parole. C'est sûrement celui qui a d'abord été humilié en son cœur <sup>h</sup> par une sainte tristesse : tristesse pour le pèlerinage et l'exil, tristesse pour les chaînes de la mort <sup>i</sup> et les périls de l'enfer ; celui qui, dans sa tristesse, déplore chaque jour d'avoir été pris d'avance aux lacets de la mort et surpris par les périls de l'enfer <sup>j</sup>. C'est bien lui qui reçoit la réjouissante nouvelle venue du ciel aujourd'hui, qui accueille avec gratitude la parole sur le Fils de Dieu. C'est pour lui, qui pleure et s'attriste d'avoir été prévenu et circonvenu de tant de maux, que l'annonce du Libérateur ne peut manquer d'être une joie : ce Libérateur vient « substituer

daturus est *pro luctu, pallium laudis pro spiritu moeroris* <sup>k</sup>,  
 55 qui scilicet finem dabit miseriis sed sine fine beatitudinem  
 117 A dabit miseris. *Beati ergo qui lugent quoniam ipsi conso-*  
*labuntur* <sup>1</sup>; beati quos humiliavit pius moeror in corde  
 suo, quoniam laetificabuntur sermone bono <sup>m</sup>.

Bonus plane sermo et consolatorius omnipotens sermo  
 60 tuus, Domine, qui hodie a regalibus sedibus <sup>n</sup> venit in  
 uterum virginis, ubi etiam sedem sibi regalem extruxit,  
 in qua cum etiam nunc sedeat quasi rex circumstante  
 exercitu angelorum in cœlis, est tamen moerentium  
 consolator in terris.

65 3. *Regali* siquidem *ex progenie* <sup>o</sup> virgo electa est,  
 generositatis quidem regiae nobilis proles, sed virtutis  
 regiae nobilior indoles <sup>1</sup>, ut aeterno Regi Filio Regis  
 materna quoque nobilitas regium honorem defenderet,  
 117 B et venientem a regali sede Patris regalis etiam thronus  
 70 in aula virginali reginae susciperet matris. In ipsa quippe  
 et ex ipsa *sapientia aedificavit sibi domum* <sup>p</sup> <sup>2</sup>; in ipsa et ex  
 ipsa paravit sibi thronum <sup>q</sup>, cum in ea et ex ea corpus  
 aptavit sibi <sup>r</sup> ita ad omnia perfectum et congruum, ut  
 75 et domus ei sit ad quiescendum et thronus ad iudican-  
 dum, quod primo tabernaculum ei fuit ad pugnandum  
 et cathedra ad docendum. Vide autem ne forte ipsa  
 sit sedes David patris eius quam ei dandam promittit

55 scilicet *I* : videlicet *M C* || 68 defenderet *codd.* : deferret *Mab.* || 71  
 in *I M* (*exc. g*) *praem.* et *g C* || et ex ipsa <sup>2</sup> *I M om. C*

k. Is. 61, 3    l. Matth. 5, 5    m. Prov. 12, 25    n. Sag. 18, 15  
 o. Antiphona in festo Nativ. B. M. V.    p. Prov. 9, 1    q. Ps. 9, 8  
 r. Hébr. 10, 5

1. S. BERNARD, *Dom. infra. oct. Assumpt.*, 8; *EC V*, 287 (*PL* 183, 433 C).  
 2. Cette exégèse du texte est assez fréquente chez les Pères. On la trouve  
 par exemple chez S. AUGUSTIN : « Sapiaentia aedificavit sibi domum ... Hic  
 certe agnoscimus Dei Sapiaentiam, hoc est Verbum Patri coaeternum, in  
 utero virginali domum sibi aedificasse corpus humanum. » *De civ. Dei*, 17,  
 20; *CC* 48, 588 (*PL* 41, 555). S. BERNARD écrit : « Haec itaque ipsa Sapien-

aux larmes l'huile de joie, à la tristesse spirituelle le  
 manteau de louange <sup>k</sup> », c'est-à-dire donner aux misères  
 une fin, mais aux misérables un bonheur sans fin. « Bien-  
 heureux, par conséquent, ceux qui pleurent, car ils seront  
 consolés <sup>1</sup> ! » Bienheureux ceux qu'une sainte tristesse  
 a humiliés en leur cœur, car ils seront réjouis par la  
 bonne parole <sup>m</sup> !

Oui, quelle bonne et consolante parole, Seigneur, que  
 ta Parole toute-puissante descendue aujourd'hui des  
 demeures royales <sup>n</sup> dans le sein de la Vierge ! Là aussi  
 elle s'est érigé un trône royal : tout en siégeant toujours  
 comme un roi entouré des armées angéliques dans le  
 ciel, elle est aussi la consolatrice des affligés sur la terre.

3. La Vierge a été en effet choisie dans une descen-  
 dance de rois <sup>o</sup> ; noble rejeton d'une race royale, elle était  
 plus noble encore par sa royale vertu <sup>1</sup>. Ainsi, cette  
 noblesse maternelle contribuerait à sauvegarder l'hon-  
 neur royal du Roi éternel, Fils du Roi : à sa venue du  
 trône royal de son père, un autre trône royal l'attendrait  
 dans le sein virginal de la reine sa mère. C'est en elle en  
 effet, et c'est d'elle que la Sagesse s'est bâti une  
 demeure <sup>p</sup> <sup>2</sup> ; en elle et d'elle qu'elle s'est préparé un  
 trône <sup>q</sup>, lorsqu'en elle et d'elle il s'est façonné un corps <sup>r</sup>.  
 Et ce corps est si parfait et si bien adapté à tout usage  
 qu'il est à la fois la demeure où repose la Sagesse et le  
 trône où elle juge, alors qu'auparavant il lui a servi de  
 tente pour faire la guerre et de chaire pour enseigner.  
 Demandons-nous aussi si la Vierge elle-même ne serait  
 pas « le trône de David son père » qui devait être donné

tia ... aedificavit sibi domum, ipsam scilicet matrem suam Virginem Ma-  
 riam. » *De diversis*, 52, 2; *PL* 183, 674 D. Tout ce sermon présente l'exégèse  
 mariale du texte. Noter néanmoins que selon saint Bernard la maison est  
 la sainte Vierge. Guerrie suit plutôt S. Augustin, pour qui la maison est le  
 corps du Seigneur.

angelus<sup>s</sup>, non quod David in ea sederit, sed quod ex  
 semine David assumpta et fabricata sit. Et certe si sedes  
 80 David non est, tamen *sedes tua, Deus, in saeculum sae-*  
*culi*<sup>t</sup> ipsa est. Si solium David non est, certe solium  
 117 C excelsum et elevatum<sup>u</sup> super omnem creaturam ipsa est.

Si quis autem etiam thronum illum grandem, quem  
 rex Salomon sibi fecit de ebore<sup>v</sup>, corpus ipsum inter-  
 85 pretetur quod pacificus noster hodie sumpsit ex virgine,  
 non multum a vero videbitur abhorrere; quandoquidem  
 et illud quod sequitur, *et vestivit eum auro fulvo nimis*<sup>w 1</sup>,  
 eidem satis corpori congruit quod iam Dominus decorem  
 induit fulgoris intolerabilis. *Vestivit, inquit, eum auro*  
 90 *fulvo nimis*. Prorsus si interrogés oculos apostolorum  
 qui transfiguratum in monte viderunt, confitebuntur  
 aurum fulvum nimis esse, id est fulgorem corporis esse  
 nimium, quem ferre nequiverunt; quamvis *nimis pro-*  
*valde* ponere consuetudinis sit Scripturarum<sup>x</sup>. Cetera  
 95 namque quae prosequitur Scriptura de illius throni  
 117 D magnificentia accommodatius, nisi fallor, si quis tractare  
 voluerit, accipientur de *corpore Christi quod est*  
*Ecclesia*<sup>y</sup>.

4. Mihi sane magis mirari libet modo illud ebur tam  
 100 pretiosum immo impretiabile virginalis castimoniae<sup>2</sup>,

92 fulvum nimis esse I : nimis esse fulvum M k fulvum esse nimis o ||  
 99 libet modo a e o<sup>ac</sup> transp. b d M k o<sup>pc</sup>

s. Lc 1, 32 t. Ps. 44, 7 u. Is. 6, 1 v. I Rois 10, 18 w. *Ibid.*  
 x. Cf. inter multa similia Ex. 1, 7; 9, 35 y. Col. 1, 24

1. Gueric, par le trône vêtu d'or, entend le corps resplendissant du Seigneur. L'exégèse de RUPERT DE DEUTZ est assez voisine : « Grandis igitur ex chore thronus auro vestitus judiciaria mundissimi hominis est majestas,

 sans murmure, puisque, flagellé malgré ton innocence, tu  
 n'as pas même ouvert la bouche. Il est écrit, et c'est jus-  
 tice : « Le serviteur qui connaît la volonté de son maître  
 et ne fait rien d'honorable recevra de multiples coups<sup>1</sup>. »

Servus obsecro quid non dignum fecit ? Quid debuit facere et non fecit ? *Bene omnia fecit*, clamant qui facta eius observabant ; *surdos fecit audire et mutos loqui* <sup>m</sup>. Omnia fecit digna ; et quomodo sic omnia passus est indigna ? Dorsum posuit ad flagella et plagis vapulavit non paucis nec parvis. Indicio sunt rivuli sanguinis, qui de tot  
 55 partibus profluunt corporis. Contumelia et tormento interrogatus, fuit veluti servus aut latro subditus quaestioni qua confessio extorqueatur criminis.

60 O detestabilem superbiam hominis servire contemnens, quae alio exemplo non poterat humiliari nisi servitute et tali servitute Domini sui. Et utinam vel sic possit, utinam vel nunc habeat et referat gratiam tantae humilitati ac bonitati. Sed ut mihi videtur adhuc audio eundem  
 65 Dominum apud Isaiam conquerentem de ingratitude nequam servi, ubi scilicet ait : *Non te servire feci in oblatione, nec laborem tibi praebui in thure. Verumtamen me servire fecisti in peccatis tuis ; laborem praebuisti mihi in iniquitatibus tuis* <sup>n</sup>. Et quem laborem ? Usque ad defatigationem esuriem et sitim ? Sed usque ad sudorem,  
 70 sudorem autem sanguinis decurrentis in terram <sup>o</sup> ; sed usque ad mortem, mortem autem crucis <sup>p</sup> ; ne omnia modo replicem quod alapis caesus, sputis illitus, coronatus spinis, confixus clavis, lancea perforatus, aceto et felle potatus. Hoc torcular, inquit, *calcavi solus et de gentibus non est vir mecum* <sup>q</sup>. Vos ergo, qui *statis tota die otiosi* <sup>r</sup>, *attendite et videte si est labor sicut labor meus* <sup>s</sup>.

3. Utique valde laborasti, Domine mi, in serviendo mihi. Iustum profecto et aequum esset ut saltem de cetero  
 80 requiesceres, tuusque tibi servus, vel ordine vicis suae

53 surdos *I praem.* et *M C* || 80 requiesceres *I* : tu quiesceres *M C*

m. Mc 7, 37 n. Is. 43, 23-24 o. Lc 22, 44 p. Phil. 2, 8 q.  
 Is. 63, 3 r. Matth. 20, 6 s. Lam. 1, 12 (dolor sicut dolor meus VIg)

Mais ce Serviteur-là, de grâce, qu'a-t-il fait qui ne fût honorable ? « Il a bien fait toutes choses, proclament ceux qui surveillaient ses gestes : il a fait entendre les sourds et parler les muets <sup>m</sup> ! » Tout ce qu'il a fait était honorable ; alors comment tout ce qu'il a souffert a-t-il été à ce point déshonorant ? Il a présenté son dos aux fouets, et les coups qu'il a reçus ne furent ni peu nombreux ni légers. A preuve les ruisseaux de sang qui coulent de son corps par tant d'endroits.

Combien détestable l'orgueil de l'homme dédaigneux de servir ! Il ne pouvait être humilié par aucun autre exemple que celui du service, et de pareil service, donné par son Seigneur ! Ah si du moins il le pouvait ! S'il rendait grâce pour tant d'humilité et de bonté ! Mais il me semble entendre encore ce même Seigneur se plaindre, au livre d'Isaïe, de l'ingratitude de son mauvais serviteur. C'est quand il dit : « Je ne t'ai pas asservi à des oblations, je ne t'ai pas fait peiner pour un tribut d'encens. Mais tu m'as asservi par tes péchés, tu m'as fait peiner pour tes méfaits <sup>n</sup>. » Et de quelle peine ? Va-t-elle jusqu'à la lassitude, la faim et la soif ? Mieux que cela : jusqu'à la sueur, et à la sueur de sang coulant à terre <sup>o</sup> ; mieux que cela : jusqu'à la mort, et à la mort de la croix <sup>p</sup>. Et je ne rappelle pas pour l'instant tout le détail : comment il a été frappé de soufflets, souillé de crachats, couronnés d'épines, percé de clous, transpercé d'une lance, abreuvé de fiel et de vinaigre. « Ce pressoir, dit-il, je l'ai foulé seul, et de tous les peuples il n'est personne avec moi <sup>q</sup>. Vous donc qui demeurez tout le jour inoccupés <sup>r</sup>, prêtez attention, et voyez s'il est une peine égale à ma peine <sup>s</sup> ! »

3. Certes, mon Seigneur, tu as beaucoup peiné à me servir ! Il serait vraiment juste et équitable que dorénavant du moins tu te reposes et que ton serviteur te serve, quand même ce ne serait que parce que son tour

quia ad ipsum ventum est, serviret. Quam magno, Domine  
 mi, inutile tibi meum redemisti servitium, qui nec minis-  
 130 B teriis indiges angelorum. Quam suavi et benigna arte pie-  
 tatis recuperasti tibi et subdidisti contumacem servum,  
 85 vincens in bono malum <sup>t</sup>, humilitate confundens super-  
 bum, beneficiis obruens ingratum. Sic nimirum, sic  
 sapientia vincit malitiam <sup>u</sup> <sup>1</sup>, sic carbones ignis congesisti  
 super caput contumacis <sup>v</sup> quibus accenderetur ad poeni-  
 tentiam <sup>2</sup>. Vicisti ergo, Domine, vicisti rebellem; ecce do-  
 90 manus in vincula tua, iugoque tuo suppono cervicem.  
 Dignare tantum ut tibi serviam, patere ut tibi laborem.  
 Accipe me servum sempiternum, licet inutilem, nisi nunc  
 quoque *mecum sit et mecum laboret* <sup>w</sup> gratia tua semper et  
 praeveniens et subsequens. Praevenit nos prior ostendens  
 95 humilitatis et patientiae exempla; subsequatur nos adiu-  
 vans ut imitemur ostensa <sup>x</sup>.

130 C Quam felices nos, o fratres mei, si super hoc audiamus  
 consilium Apostoli: *Hoc sentite*, inquit, *in vobis quod et in*  
*Christo Iesu* <sup>y</sup> praecessisse cognoscitis; hoc est ut nullus  
 100 extollatur supra se, sed magis humilietur infra se; qui  
 maior est aliis serviat; si quis laeditur prior satisfaciat in  
 commune; usque ad mortem quisque oboediat. His vesti-  
 giis, fratres, subsequamur Christum in forma servi; et  
 perveniemus ad eum videndum in forma Dei, in qua vivit  
 105 et regnat per omnia saecula saeculorum.

92 sempiternum *praem.* in *b* || 102 usque *I praem.* ut *M C* || 103-104  
 servi; et... forma *mss. om. Mab.* || 105 regnat *I*: regnat Deus *M C* || sac-  
 culorum: saeculorum. Amen *d e g o*

t. Rom. 12, 21 u. Cf. Sag. 7, 30 v. Prov. 25, 2. Rom. 12, 20  
 w. Sag. 9, 10 x. Oratio Dom. 28 per annum in missali romano (18 post  
 Pent. in antiquo missali cisterciensi) y. Phil. 2, 5. 6.

1. C'est ainsi que s'intitule un Sermon qui a été parfois attribué à S. BER-  
 NARD; PL 184, 1031-1044.

2. C'est ainsi qu'AUGUSTIN interprète le texte de Romains 12, 20: De

est venu. O mon Seigneur, à quel prix as-tu racheté mon  
 inutile service, toi qui n'as même pas besoin du ministère  
 des anges! Avec quel art plein d'amour, de douceur et de  
 bienveillance tu as recouvré et soumis ce serviteur rebelle,  
 en triomphant du mal par le bien <sup>t</sup>, en confondant l'orgueil  
 par l'humilité, en accablant de bienfaits l'ingrat! Voilà,  
 en effet, voilà comment la sagesse a triomphé de la  
 malice <sup>u</sup> <sup>1</sup>, comment tu as amassé des charbons ardents  
 sur la tête du rebelle <sup>v</sup> pour l'enflammer du désir de faire  
 pénitence <sup>2</sup>. Tu as triomphé, Seigneur, tu as triomphé  
 du rebelle! Je tends les mains à tes liens; j'incline ma  
 nuque sous ton joug. Veuille seulement permettre que je  
 te serve, souffrir que je peine pour toi! Agrée-moi pour  
 ton serviteur à jamais, tout inutile que je suis, si ce n'est  
 que même en ce moment ta grâce est toujours avec moi  
 et peine avec moi <sup>w</sup>, me précédant et m'accompagnant.  
 Elle nous précède en nous montrant tes exemples de  
 patience et d'humilité; qu'elle nous accompagne en nous  
 aidant à imiter ce qu'elle nous montre <sup>x</sup>!

Que nous serions heureux, mes frères, si nous écoutions  
 à ce sujet le conseil de l'Apôtre: « Ayez en vous, dit-il,  
 les sentiments qui, vous le savez, ont été d'abord dans  
 le Christ Jésus <sup>y</sup>. » Et quels sont-ils? Que personne ne  
 s'élève au-dessus de soi, mais que plutôt il s'abaisse au-  
 dessous de soi; que le plus grand se fasse le serviteur des  
 autres; si quelqu'un est offensé, qu'il soit le premier  
 à faire réparation en général; que chacun soit obéissant  
 jusqu'à la mort. C'est sur de pareilles traces, frères,  
 que nous devons accompagner le Christ en sa condition  
 servile; ainsi nous parviendrons à le contempler en  
 sa condition divine, celle en laquelle il vit et règne pour  
 tous les siècles des siècles.

*doctrina christiana*, 3, 24; PL 34, 75. Cf. *Enarr. in Ps.* 78, 14; CC 39, 1108  
 (PL 36, 1018).



DE EODEM SERMO SECUNDUS

1. Paulus, doctor noster in fide et veritate, si hodie  
veniret ad nos, puto quia non iudicaret se *aliquid scire*  
130 D *inter nos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum* <sup>a</sup>. In his  
5 siquidem diebus in quibus anniversaria dominicae pas-  
sionis et crucis memoria sollemniter celebratur, nihil ut  
arbitror convenientius praedicatur quam Iesus Christus  
et hic crucifixus. Nam et aliis quibusque diebus quid  
umquam potest praedicari fidelius, quid audiri salubrius,  
10 quid cogitari fructuosius ? Quid enim tam pium fidelium  
affectibus, tam medicinale moribus ; quid sic interficit  
peccata, crucifigit vitia, virtutes nutrit et roborat, sicut  
crucifixi memoria ? Loquatur ergo Paulus inter perfectos  
15 sapientiam in mysterio absconditam <sup>b</sup> ; mihi cuius imper-  
fectum vident etiam oculi hominum loquatur Christum  
crucifixum, his quidem qui pereunt stultitiam, mihi  
autem et his qui salvi fiunt plane Dei virtutem <sup>c</sup> Deique  
131 A sapientiam ; mihi prorsus altissimam atque nobilissimam  
philosophiam <sup>1</sup>, per quam infatuatam irrideo tam mundi  
20 quam carnis sapientiam.  
Quam perfectum me putarem, quam provectum in

<sup>a</sup> Christum om. d || 8 quibusque I : quibuslibet M C || 17 Deique I (exc. e) :  
Dei e M C

a. I Cor. 2, 2    b. I Cor. 2, 6.7    c. I Cor. 1, 18

1. Si S. BERNARD utilise très souvent le mot *philosophia* dans un sens péjoratif (par exemple dans le *De diversis*, 7, 2), il l'applique pourtant aussi à une vie saine et chrétienne « quantum superexcedat Pauli philosophia philosophiam mundi huius ». *Ibid.*, 1 ; PL 183, 559 A, 558 D. Voir aussi le même *De diversis*, 5, 5 dans sa recension longue publiée par J. LECLERCQ,

II<sup>e</sup> SERMON  
POUR LE DIMANCHE DES RAMEAUX

1. Si Paul, notre docteur dans la foi et dans la vérité, venait à nous aujourd'hui, il voudrait, je pense, ne rien savoir d'autre parmi nous que Jésus-Christ, et Jésus-Christ crucifié <sup>a</sup>. De fait, en ces jours où l'on célèbre solennellement l'anniversaire de la Passion et de la Croix du Seigneur, on ne peut, à mon avis, rien prêcher de plus à propos que Jésus-Christ et Jésus-Christ crucifié. D'ailleurs, n'importe quel autre jour, peut-on jamais rien prêcher avec plus de conviction, rien écouter de plus salutaire, rien méditer de plus fructueux ? Y a-t-il rien en effet qui favorise autant la piété dans le cœur des fidèles, qui fournisse pareil remède à leur conduite ; rien qui détruise les péchés, crucifie les vices, nourrisse et fortifie les vertus, autant que le souvenir du Crucifié ? Paul peut bien, parmi les parfaits, parler de la sagesse cachée dans le mystère <sup>b</sup> ; à moi dont les imperfections sont visibles même aux yeux des hommes, qu'il parle du Christ crucifié, folie pour ceux qui se perdent, mais pour moi et ceux qui se sauvent, réellement force de Dieu <sup>c</sup> et sagesse de Dieu ! Oui, ce Christ est bien pour moi la philosophie <sup>1</sup> la plus haute et la plus honorable : grâce à elle, je me ris de la folle sagesse du monde et de la chair.

A quelle perfection je me croirais parvenu, à quel

« Analecta monastica », 1, *Studia Anselmiana*, 20, p. 139, 101. De même GUILLAUME DE SAINT-THIERRY, *De contemplando Deo*, 12 ; SC 61, p. 110 (PL 184, 377 D). L'emploi en est plus fréquent encore chez ADAM DE PERSEIGNE, *Ep.*, 3, 30 ; 5, 50 ; 11, 119 ; 13, 127 ; SC 68, p. 84, 114, 190, 200 (lettres jadis numérotées 16, 1, 7 et 6 ; PL 211, 636 A, 585 A, 603 A, 589 B) — Voir enfin ARNOUL DE BOHÉRIES, *Speculum monachorum*, PL 184, 1178 A, et la note au § 4, l. 116 du I<sup>er</sup> Sermon pour S. Benoît.

sapientia, si crucifixi vel idoneus invenire auditor, qui factus est nobis a Deo non solum sapientia sed et iustitia et sanctificatio et redemptio<sup>d</sup>. Omnino si Christo confixus es cruci<sup>e</sup>, sapiens es, iustus es, sanctus es, liber es. An non sapiens qui, cum Christo exaltatus a terra, sapit et quaerit quae sursum sunt<sup>f</sup>? An non iustus in quo destructum est corpus peccati ut ultra non serviat peccato<sup>g</sup>? An non sanctus qui semetipsum exhibuit *hostiam vivam, sanctam, placentem Deo*<sup>h</sup>? An non vere liber quem filius liberavit, qui de libertate conscientiae illam liberam vocem filii sibi assumere confidit: *Venit princeps mundi huius et in me non habet quidquam*<sup>i</sup>? Vere apud crucifixum *miseriordia et copiosa apud eum redemptio*, qui sic redimit Israel ex omnibus iniquitatibus eius<sup>j</sup>, ut principis huius mundi calumnias liber evadere mereatur.

2. Sciat tamen, sciat quicumque est ille beatus et verus Israel, non esse hoc suae meritum perfectionis sed divinae gratiam redemptionis; non scilicet quia peccatum non fecerit nec inventus sit dolus in ore eius<sup>k</sup>, sed quia ille cuius haec laus propria est, Christus scilicet, purgavit peccata illius; qui per sanguinem crucis<sup>l</sup> suae purgationem peccatorum faciens<sup>m</sup>, ibi maxime triumphavit principatus et potestates ubi abscondita erat fortitudo eius<sup>n</sup>. Erat abscondita sed non perdit; quia crucifixus ex infirmitate vivebat ex virtute Dei. Erat occulta sed non erat otiosa; quia crucifixus veterem hominem in omnibus electis crucifigebat. Crucifigebat mundum Paulo

degré de sagesse, si je me trouvais seulement être l'auditeur docile du Crucifié qui, de par Dieu, s'est fait pour nous, non seulement sagesse, mais aussi justice, sanctification et rédemption<sup>d</sup>. Assurément, si tu es crucifié avec le Christ<sup>e</sup>, te voilà sage, te voilà juste, te voilà saint, te voilà libre. N'est-ce pas être sage que de goûter et de rechercher les choses d'en haut, puisqu'on se trouve élevé de terre avec le Christ<sup>f</sup>? N'est-ce pas être juste que de voir détruit en soi le corps du péché, si bien que l'on n'est plus esclave du péché<sup>g</sup>? N'est-ce pas être saint que de s'être offert soi-même en hostie vivante, sainte, agréable à Dieu<sup>h</sup>? N'est-ce pas être vraiment libre que d'avoir été libéré par le Fils, que d'avoir la hardiesse de prendre à son compte, dans la conscience de sa liberté, la parole de liberté du Fils: « Le Prince de ce monde vient, mais il n'a rien en moi<sup>i</sup>. » Vraiment, auprès du Crucifié est la miséricorde, près de lui l'abondance du rachat, puisqu'il rachète si bien Israël de toutes ses iniquités<sup>j</sup> que celui-ci mérite de se libérer des fausses accusations du Prince de ce monde.

2. Pourtant, quiconque est cet Israël bienheureux et véritable doit savoir, et bien savoir, que ce n'est pas là une récompense méritée par sa perfection, mais une grâce découlant de la divine rédemption. Autrement dit, ce n'est pas qu'il n'ait pas commis le péché et que le mensonge ne se soit pas trouvé en sa bouche<sup>k</sup>, mais bien que celui à qui seul revient pareille louange, le Christ, a lavé ses péchés. Ce Christ, lorsqu'il a lavé les péchés<sup>m</sup> par le sang de sa croix<sup>l</sup>, a remporté son plus grand triomphe sur les principautés et les puissances là où précisément sa force se cachait<sup>n</sup>. Elle se cachait mais n'était pas perdue, puisque, crucifié du fait de sa faiblesse, il vivait de par la puissance de Dieu. Elle se dissimulait, mais n'était pas inactive, puisque, crucifié, il crucifiait le vieil homme en tous les élus. Il crucifiait le monde pour Paul et Paul pour le monde<sup>o</sup>. Enfin, il

d. I Cor. 1, 30 e. Gal. 2, 19 f. Col. 3, 1,2 g. Rom. 6, 6 h. Rom. 12, 1 (Deo placentem Vlg) i. Jn 14, 30 j. Ps. 129, 7,8 (redimet Vlg) k. I Pierre 2, 22 l. Col. 1, 20 m. Hébr. 1, 3 n. Hab. 3, 4

et Paulum mundo°. Crucifigebat denique tyrannum  
50 huius mundi omnesque suae antiquae ministros tyran-  
nidis.

Hamum plane sub esca recondebat qui sub infirmitate  
fortitudinem abscondebat. Ac perinde ille homicida,  
ab initio sitiens humanum sanguinem, dum irruit in  
55 infirmitatem incidit in virtutem; morsus dum momordit,  
confixus dum crucifixum appetivit<sup>1</sup>. 3. Gratias cruci  
et clavis tuis, Domine Iesu; video perforatas fauces illius  
131 D draconis, ut transeant liberati qui etiam fuerant absorpti.  
Et qui fiduciam habebat quod influeret Iordanis in os  
60 eius, fluvium quem absorberat<sup>p</sup> se non minima ex parte  
perdidisse frendens irascitur. De illis quippe faucibus  
nobis isti venerunt, qui hodie nobiscum nobilem ac magni-  
ficum crucis decantant triumphum. Plane de ore leonis  
liberati sunt<sup>q</sup>, immo de ventre inferi regressi sunt<sup>r</sup>.  
65 Irascatur ergo, fremat et tabescat, de cuius dentibus  
praeda erepta est; nam Christus gratulabitur quod non  
gratis crucifixus est.

Lugeat infernus et mors, ille morsus, ista mortua<sup>s 2</sup>;  
nam coeli laetantur et exultat ecclesia, quod Christus  
70 infernum spoliat mortemque triumphat. In conversione  
nempe istorum triumphum suae renovavit passionis,

52 plane; quippè d || 62 ac I M : et C || 70 spoliat... triumphat: spoliavit... triumphavit d

o. Gal. 6, 14 p. Job 40, 18 q. II Tim. 4, 17. Cf. Ps. 21, 22 r.  
Jonas 2, 3 s. Os. 13, 14. Cf. antiph. ad Laudes Sabb. S. juxta ritum  
cist.: « O mors, ero mors tua; morsus tuus ero, inferne. »

1. Depuis S. IGNACE D'ANTIOCHE, *Epist. ad Ephesios*, 19 (PG 5, 660 A) les Pères affirment que l'Incarnation fut tenue cachée au diable. S. Ignace est cité par ORIGÈNE, *Hom. in Lucam*, 6 (PG 13, 1815 A). Ce passage d'Origène a été traduit par S. JÉRÔME (PL 26, 230 D) qui le reprend dans *PIn Matthaum*, 1, 2 (*ibid.*, 24 B). Voir aussi S. BERNARD, *Missus est*, 2, 13;

crucifiait le tyran de ce monde et tous les instruments de son ancienne tyrannie.

C'était bien de sa part dissimuler l'hameçon sous l'amorce que de cacher sa force sous la faiblesse. De ce fait, l'Homicide, assoiffé du sang humain dès l'origine, en se jetant sur la faiblesse, se heurta à la force; il se fit mordre en mordant, clouer à la croix en s'en prenant au Crucifié<sup>1</sup>. 3. Je rends grâce à ta croix et à tes clous, Seigneur Jésus! Je vois le gosier de ce dragon maintenant transpercé: ceux qu'il avait réussi à engloutir peuvent en sortir libérés. Il présumait que le Jourdain coulerait dans sa gueule; il s'irrite et grince des dents d'avoir perdu en très grande partie le fleuve qu'il avait englouti<sup>p</sup>. Car, c'est de son gosier que sont venus à nous ceux qui aujourd'hui chantent avec nous le noble et magnifique triomphe de la croix. C'est bien de la gueule du lion qu'ils ont été libérés<sup>q</sup>; mieux encore, des entrailles de l'enfer qu'ils sont revenus<sup>r</sup>. Le dragon peut donc bien s'irriter, frémir et se ronger de ce que la proie lui a été arrachée des dents; lui, le Christ, se félicitera de n'avoir pas été crucifié en vain!

L'enfer et la mort peuvent bien pleurer: l'un a été mordu, l'autre est morte<sup>s 2</sup>; les cieux, eux, se réjouissent et l'Église exulte de ce que le Christ dépouille l'enfer et triomphe de la mort! Par la conversion de ces nouveaux venus, il a en effet renouvelé le triomphe de sa Passion,

EC IV, 30 (PL 183, 67); *Feria IV hebdom. sanct.*, 10; *Pasch.*, 1, 11; *Dom. I nov.*, 5, 11; *EC V*, 63, 88, 325-326 (PL 183, 268 B, 280 AB, 359 BC).

Plus loin, la comparaison de l'hameçon et de l'appât repose sur le texte de Job 40, 19-20. Déjà ORIGÈNE le laisse transparaître dans le *De principiis*, 1, 5, 5; *PG* 11, 164. Voir S. JÉRÔME, *In Job, in hunc locum*; *PL* 26, 786 BC. Gueric, quant à lui, semble l'avoir tirée de S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Hom. in evang.*, 25, 8; *PL* 76, 1194-1195. De même S. AELRED, *Sermo in die Paschae: Sermones inediti*, éd. C. H. Talbot (1952), p. 95-96, y compris un extrait (a) emprunté à une autre recension; *In Synodo, de Pastore: Ibid.*, p. 151-152.

2. Le même verset se trouve déjà, appliqué à la résurrection du Christ, dans S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Hom. in evang.*, 22, 6; *PL* 76, 1177 C.

- 132 A crucisque miracula suscitavit. In istis crux reffloruit;  
hunc fructum pretiosum nunc etiam arbor vitae tulit.  
Quomodo namque maneret sterilis, quae non modo  
75 rigata sed etiam vivifica facta est sanguine Salvatoris?  
Iam non poenitebit eum quod in palmam ascendit, cum  
tantum tamque pretiosum fructum de ea collegerit.  
Hunc quippe fructum inter alios praevidebat, cum  
voluntarius ad crucem properabat. *Dixi*, inquit, *ascendam*  
80 *in palmam et apprehendam fructus eius* <sup>t</sup>. Paucis absolvit:  
quod voluntate passus sit, quod passione exaltatus sit,  
quod non sine fructu nostro passus sit. In dicto siquidem  
proponentis arbitrii libertas, in ascensu triumphi subli-  
mitas, in apprehensione fructuum redemptionis demons-  
85 tratur utilitas. Vos, insensati iudaei, clamabatis quidem:  
132 B *Ascende calve; ascende calve* <sup>u</sup>; sed ordinationi eius  
liberrimae, qui sponte decreverat ascendere, non potuit  
furor vester nisi servire. Ascendit crucem voluntate,  
triumphavit in ea potestate, fructum ex ea collegit  
90 pietate. Uno igitur opere pariter et Iudaeum irrisit et  
diabolum peremit atque Christianum redemit.  
4. *Dicant igitur qui redempti sunt a Domino, quos  
redemit de manu inimici, ecce de regionibus congregavit  
eos* <sup>v</sup>, dicant inquam voce et mente magistri sui: *Mihi*  
95 *autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi* <sup>w</sup>;  
in qua sapientia Dei nequam infatuavit consilium,  
iustitia destruxit eum qui habebat mortis imperium,  
132 C misericordia liberavit captivum. Merito prorsus, o  
sapiens gloriator, gloriaberis in cruce Domini tui;  
100 cuius liberatus es triumpho, vivificatus mysterio, iusti-

73 tulit: intulit *b* || 77 fructum de ea *I f transp. g h k* de ea *om.* o || 81-82  
quod passione... passus sit *om.* *b* || 83 sublimitas: sublimitas est *b* || 92 igitur  
*om.* *d* || 93 ecce *I praem.* et *M C* et sine ecce *Mab.*

t. Cant. 7, 8    u. II Rois 2, 23    v. Ps. 106, 2    w. Gal. 6, 14

fait revivre les miracles de sa Croix. En eux, la croix a  
refleurit; aujourd'hui encore, l'arbre de vie a porté ce  
fruit précieux. Comment en effet la croix pourrait-elle  
rester stérile, quand le sang du Sauveur l'a non seulement  
arrosée, mais rendue vivifiante? Non, il ne se repentira  
pas d'être monté à ce palmier, maintenant qu'il y a  
cueilli un fruit si abondant et si précieux. Car ce fruit  
actuel, il le prévoyait parmi les autres, lorsqu'il se hâtait  
de plein gré vers la croix. « J'ai dit — c'est lui qui parle — :  
je monterai à ce palmier et j'en saisirai les fruits <sup>t</sup>. » C'est  
tout dire en peu de mots: qu'il a souffert par sa volonté,  
qu'il fut élevé de terre par sa souffrance, que ce n'est pas  
sans fruit pour nous qu'il a souffert. « J'ai dit »: voilà  
sa libre décision; « je monterai »: voilà son élévation  
triumphale; « je saisirai les fruits »: voilà le profit de la  
rédemption. Juifs insensés, vous aviez beau crier: « Monte,  
crâne chauve! Monte, crâne chauve <sup>u</sup>! »: votre rage n'a  
servi que d'instrument à la détermination parfaitement  
libre de celui qui de son plein gré avait décidé de monter.  
Il est monté sur la croix par sa volonté; il y a triomphé  
par sa puissance; il en a cueilli le fruit par son amour.  
Il a, par une seule action, tout à la fois berné le juif,  
anéanti le diable et racheté le chrétien!

4. Alors, que parlent ceux qui ont été rachetés par  
le Seigneur, ceux qu'il a rachetés de la main de l'ennemi,  
ceux qu'il a maintenant rassemblés de tous pays <sup>v</sup>!  
Qu'ils disent, par la voix et dans l'esprit de leur maître:  
« Pour moi, que jamais je ne me glorifie, si ce n'est en la  
croix de mon Seigneur Jésus-Christ <sup>w</sup> », cette croix en  
laquelle la sagesse de Dieu a fait paraître la folie du  
destin pervers, sa justice a détruit le détenteur de la  
sentence de mort, sa miséricorde a libéré le captif. Tu  
auras mille fois raison, toi qui fais sagement le glorieux,  
de te glorifier en la croix de ton Seigneur, car son triomphe  
t'a valu la liberté, son mystère la vie, son exemple la

ficatus exemplo, munitus signo. Sic enim iustae rationis consequentia postulare videtur, ut exemplum crucifixi ad iustificationem suam imprimant moribus, qui signum crucis ad munimen sui imprimunt frontibus; et illius  
 105 vivant lege cuius armantur fide. Alioquin fallaciter miles characterem regis gestat, cuius praescriptum non observat; nec recte se illius tuetur signo, cuius non parat imperio.

Vide autem quanta perversitas et abusio sit, ut inimici crucis Christi tueri se velint signo crucis Christi; dum securi sunt, luxuriantes contra pietatem crucis; cum in periculo deprehensi sunt, volentes esse defensi  
 132 D virtute crucis. Plane inimici crucis Christi sunt amici ventris sui, *quorum Deus venter est*<sup>x</sup>, quorum idolum  
 115 nummus est. Sciat tamen, sciat quicumque nunc fallaciter sibi crucifixi signum usurpat: nequaquam se illo tueri poterit in illa necessitate suprema, et quando iam non arbitrio hominum sed iudicio et ministerio angelorum signabitur *Tau super frontes virorum gementium et*  
 120 *dolentium*<sup>y</sup>, ut discernantur salvandi a multitudine perditorum.

5. Sed et Paulus, dux ille strenuus, militiae christianae fidelis signifer, qui stigmata crucifixi in corpore suo portabat<sup>z</sup>, nunc quoque in hac verorum ac falsorum  
 125 militum confusione signo utique notabili istos ab illis discernebat, cum dicebat: *Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis*. Cauta prorsus et circumspecta diffinitio, ac velut formam referens de ipsius veritatis exemplari impresso. Nimirum  
 133 A quod impressum retinet vita, signantius exprimit lingua.

117 et *I om. M C*

x. Phil. 3, 18.19 y. Éz. 9, 4 z. Gal. 6, 17

justice, son signe la protection. La saine logique semble en effet demander que ceux qui reproduisent sur leur front le signe de la croix pour être par là protégés, reproduisent dans leur vie l'exemple du Crucifié pour être par là justifiés, et qu'ils vivent selon la loi de celui qui les arme de sa foi. Autrement, c'est une tromperie qu'un soldat porte la marque d'un roi dont il ne respecte pas les ordres: il n'a pas le droit de se faire fort de l'insigne d'un chef à qui il n'obéit pas.

Considérez aussi quelle perversion et quel abus il y a pour des ennemis de la croix du Christ à vouloir se munir du signe de la croix du Christ! Tant qu'ils sont en sûreté, ils vivent dans le dérèglement, au mépris de l'amour de la Croix; lorsqu'ils se voient exposés au danger, ils veulent être défendus par la vertu de la croix! Les ennemis de la croix, ce sont à coup sûr les amis de leur ventre: leur dieu, c'est leur ventre<sup>x</sup>; leur idole, c'est leur argent. Mais qu'on le sache, qu'on le sache bien: quiconque s'arroge aujourd'hui mensongèrement le signe de la croix ne pourra nullement s'en faire fort à l'heure de l'ultime exigence, au jour où il n'appartiendra plus à la liberté des hommes, mais au jugement et au ministère des anges de tracer le signe Tau sur le front des hommes qui gémissent et qui pleurent<sup>y</sup>, pour distinguer les élus d'entre la multitude des réprouvés.

5. Et Paul, lui aussi, ce chef valeureux, ce fidèle porte-enseigne de la milice chrétienne, qui portait en son propre corps les stigmates du Crucifié<sup>z</sup>, distinguait dès maintenant, parmi cet amalgame de vrais et de faux soldats, les vrais des faux, et cela à un signe tout à fait reconnaissable: « Ceux qui sont au Christ, disait-il, ont crucifié leur chair avec ses vices et ses convoitises. » Définition, certes, attentivement pesée et, peut-on dire, formule tirée d'un exemplaire portant l'empreinte de cette vérité! Oui, la langue exprime plus nettement ce dont la vie

Qui ergo Christo confixus erat cruci de propriae conscientiae exemplari formam istam protulit : *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis*. Noverat vir multae scientiae et experientiae multos esse aut fore qui crucifigerent concupiscentias carnis et sinerent regnare vitia cordis ; multos e contrario qui fiducia pacati cordis negligenter mortificationem corporis. Sed sicut nonnumquam divina iustitia spiritum sibi non subditum contumeliis carnis licet afflictiae flagellat, sic plerumque corpus incrassatum recalcitrat et nova bella spiritui iam quieto resuscitat. Eapropter vult Apostolus ut, crucifixis tam vitiis interioribus quam concupiscentiis exterioribus, *mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctimoniam in timore Dei* <sup>a</sup>.

Timor nempe Dei, velut quidam *clavi in altum defixi* <sup>b</sup>, cruci nos configit, et velut affixos iustitiae continere nos facit ; ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitati sed iustitiae ; et licet sit, *non tamen regnet peccatum in nostro mortali corpore* <sup>c</sup>. Sane quod timor Dei comparetur configentibus clavis, sententia est David qui ait : *Confige, quasi a clavis, timore tuo carnes meas ; a iudiciis enim tuis timui* <sup>d</sup>. Si ergo nondum praevalens ut vitia extinguas, in hoc vult te esse consolatum <sup>1</sup> Apostolus ut crucifigas. Non enim ait, *Qui Christi sunt extinxerunt vitia, quae virtus paucorum est, sed, crucifixerunt, sine quo salus nulla est ; sicut praeter crucem Christi redemptio nulla*

<sup>132</sup> protulit d M C : proderit a prodit b protulerit e || <sup>137</sup> pacati : peccati a || <sup>154</sup> consolatum a b g k o : sollicitum a in margine d e f h Mab.

a. II Cor. 7, 1 (sanctificationem Vig) b. Eccl. 12, 11 c. Rom. 6, 12.13 d. Ps. 118, 120

1. Consolé, c'est-à-dire fortifié. Cf. *Sermon pour les Rogations*, § 4, lignes 122-123 « ad consolationem, ut etiam in adversis possis... ».

garde l'empreinte. Ainsi Paul, crucifié avec le Christ, a tiré de l'exemplaire fourni par sa propre expérience cette formule : « Ceux qui sont au Christ ont crucifié leur chair avec ses vices et ses convoitises. » Il savait, en homme de beaucoup de science et d'expérience, qu'il y avait et qu'il y aurait bien des gens capables de crucifier les convoitises de leur chair tout en laissant régner les vices de leur cœur ; que beaucoup, par contre, mettant leur assurance dans la paix de leur cœur, négligeraient la mortification corporelle. Ou s'il arrive plus d'une fois que la divine justice châtie un esprit insoumis en usant des provocations d'une chair pourtant mortifiée, il arrive aussi très fréquemment qu'un corps qui s'épaissit regimbe et suscite de nouveaux combats à un esprit déjà pacifié. C'est pourquoi l'Apôtre nous engage à crucifier aussi bien les vices à l'intérieur que les convoitises à l'extérieur : « Purifions-nous, dit-il, de toute souillure de la chair et de l'esprit, en réalisant la sainteté dans la crainte de Dieu <sup>a</sup>. »

La crainte de Dieu, en effet, nous fixe à la croix comme feraient des clous profondément plantés <sup>b</sup> ; elle nous retient en nous attachant, pour ainsi dire, à la justice, afin que nous ne fassions pas de nos membres des armes d'iniquité, mais de justice, et que le péché, bien que présent, ne règne pourtant pas en notre corps mortel <sup>c</sup>. Que la crainte de Dieu doive être comparée à des clous qui nous fixent, c'est bien la pensée de David lorsqu'il dit : « Transperce ma chair de ta crainte — comme avec des clous —, car j'ai craint tes jugements <sup>d</sup>. » Si donc tu n'es pas encore capable d'exterminer tes vices, l'Apôtre veut que tu trouves ta consolation <sup>1</sup> à les crucifier. Car il ne dit pas : « Ceux qui sont au Christ ont exterminé leurs vices » — vertu qui appartient à peu de gens — mais : « Ils les ont crucifiés » — ce sans quoi il n'est pas de salut, pas plus qu'il n'est de rédemption hors de la

est. Ideo namque Redemptor ad operandam et informandam salutem nostram hunc passionis elegit modum, ut redemptionis sacramentum iustificationis fieret exemplum; ut quomodo videlicet ipse similitudinem carnis peccati crucifixit, de peccato damnans peccatum<sup>e</sup>, sic nos, immo multo magis nos, carnem peccatricem cruciemus, crucifigentes etsi nondum extinguentes in ea peccatum.

6. Hic recordari potes quia Moyses ad placandam iram Domini crucifixit principes Israelitarum<sup>f</sup>; Iosue autem, qui et Iesus, quinque reges Amorrhæorum<sup>g</sup>. Si enim iram Domini quam meruimus placare volumus, necesse est ut per continentiam nos cruciemus. Iesus autem noster, qui nos in terram repromissionis introducturus est, vitia quinque sensuum in nobis crucifiget, immo et extinguet; si tamen, sicut est iussum, pendeamus in patibulis usque ad vesperum<sup>h</sup>. Huius enim perseverantiae in cruce Salvator de seipso tibi curavit exemplum praeberè, nolens consummari nisi in cruce aut deponi de cruce ante vesperum tam diei ipsius quam vitae suae.

Balaam dicebat: *Moriatur anima mea morte iustorum*. Tu vero dic: *Moriatur anima mea morte Domini mei Iesu Christi et fiant novissima mea illius similia*<sup>i</sup>; ut videlicet in voluntaria cruce poenitentiae pendere merear usque ad terminum vitae<sup>j</sup>. Quanta fiducia de cruce Filii in manus Patris spiritum commendabis<sup>k</sup>; immo quanta clementia Pater suscipiet quem Filius commendabit. Filius namque, qui causam animae tuae semel

171 in terram repromissionis *I om.* o in terram promissionis *M k*

e. Rom. 8, 3    f. Nomb. 25, 4    g. Jos. 10, 26-27    h. *Ibid.*  
i. Nomb. 23, 10    j. Lc 23, 46

croix du Christ. Voilà en effet pourquoi le Rédempteur a choisi, pour opérer notre salut et nous en donner le modèle, ce genre de passion : le mystère de notre rédemption servirait d'exemple à notre justification. De même qu'il a, lui, crucifié la similitude de la chair de péché, condamnant le péché<sup>e</sup> à partir du péché, nous de même, ou plutôt nous bien davantage, nous avons à mettre en croix la chair pécheresse, crucifiant, sinon encore exterminant, le péché en elle.

6. A ce propos, on peut se souvenir que Moïse, pour apaiser la colère du Seigneur, crucifia les chefs israélites<sup>f</sup>. De même Josué, appelé aussi Jésus, crucifia cinq rois amorrhéens<sup>g</sup>. Si en effet nous voulons apaiser la colère du Seigneur que nous avons méritée, il faut nous crucifier nous-mêmes par l'ascèse. Et notre Jésus à nous, qui doit nous introduire dans la terre promise, crucifiera en nous les vices de nos cinq sens et même les exterminera, si toutefois, selon le mot d'ordre, nous restons suspendus au gibet jusqu'au soir<sup>h</sup>. Car le Sauveur a eu soin de nous donner en lui-même l'exemple de la persévérance sur la croix, ne voulant pas achever sa vie ailleurs que sur la croix, ni être descendu de la croix avant le soir, celui de cette journée-là aussi bien que celui de sa vie.

« Que je meure, disait Balaam, de la mort des justes ! » — « Que je meure, dois-tu dire, de la mort de mon Seigneur Jésus-Christ, et que mes derniers instants soient semblables aux siens<sup>i</sup> ! » autrement dit : « Que je mérite d'être suspendu à la croix volontaire de la pénitence jusqu'à la fin de ma vie<sup>j</sup> ! » Avec quelle confiance tu remettras ton esprit entre les mains du Père depuis la croix du Fils<sup>k</sup> ! Bien mieux : avec quelle clémence le Père accueillera celui que lui recommandera le Fils ! Car le Fils, qui s'est chargé une fois, sur la croix, de

1. Cf. S. BERNARD, *Pasch.*, 8; *EC V*, 84 (*PL* 183, 278 BC).

in cruce suscepit agendam, numquam eam agere desinit  
 apud Patrem semper interpellans <sup>k</sup>. Vade securus ; vade  
 gratulabundus ubi iudex tuus est advocatus tuus ;  
 190 tantummodo signum crucis, mortificationem Iesu quam  
 circumfers in corpore tuo, secum deferat spiritus tuus.  
 Dominus autem gloriae, qui pro vobis, fratres, passus, in  
 134 B vobis est glorificatus, dignetur vos habere socios pas-  
 sionis <sup>l</sup> et gloriae ; et gloriantes in cruce glorificet in ea  
 195 claritate, quam habuit apud Patrem ante initium saeculorum  
 et habiturus est per omnia saecula saeculorum <sup>m</sup>.

196 saeculorum : saeculorum. Amen *g h*

k. Hébr. 7, 25    l. II Cor. 1, 7    m. Jn 17, 5

défendre la cause de ton âme, ne cesse jamais de la  
 défendre en intercédant sans cesse auprès du Père <sup>k</sup>.  
 Tu peux aller en toute sécurité, en toute confiance, là  
 où ton juge est ton avocat ; la seule condition, c'est que  
 ton esprit emporte avec soi le signe de la croix, la morti-  
 fication de Jésus que tu portes partout et toujours en  
 ton corps. Mes frères, daigne le Seigneur de gloire vous  
 associer à sa passion <sup>l</sup> et à sa gloire, lui qui pour vous a  
 souffert et en vous a été glorifié ! Qu'il vous glorifie,  
 vous dont la gloire est dans la croix, de la gloire qu'il a  
 possédée auprès du Père avant le commencement des  
 siècles et qu'il possédera durant tous les siècles des  
 siècles <sup>m</sup> !



## DE EODEM SERMO TERTIUS

1. Desiderium animae nostrae <sup>a</sup>, speciosum *forma prae filiis hominum*, hodierna dies alia et alia specie repraesentat filiis hominum <sup>b</sup>; in utraque quidem specie  
5 spectabilem, in utraque desiderabilem et amabilem, quia in utraque Salvatorem hominum; licet in una sublimem, in altera humilem; in ista gloriosum, in illa aerumnosum;  
134 C in ista venerabilem, in illa miserabilem; si tamen dici debet miserabilis, qui miseriam suscepit dignatione  
10 miserationis ut de miseria sua misericordiam praestaret miseris, non ut, qui sibi beatitudo est, misericordiam flagitaret a miseris. Ubi ergo miserandus videri voluit, ibi amplius venerandus fuit. Sed *sustinui*, inquit, *qui simul contristaretur et non fuit, qui consolaretur et non*  
15 *inveni* <sup>c</sup>. Ita qui miseratione omnium miser ultro fieri voluit, apud nullum fere miserationem invenit.

Sed ubi, inquires, hodie spectatur sublimis et gloriosus, ubi humilis aut aerumnosus? Vide processionem; audi passionem. In his evidenter agnoscere poteris quod  
20 Isaias ait: *Sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros vultus eius, et forma eius inter filios*  
134 D *hominum* <sup>d</sup>. Obstupuerunt multi de gloria quasi victoris

12 flagitaret a miseris I transp. M C || 17 hodie spectatur I transp. M C || 18 aut; et d Mab.

a. Cf. Ps. 41, 1. Is. 26, 8.9    b. Ps. 44, 3    c. Ps. 68, 21    d. Is. 52, 14 super te ... inter viros aspectus ejus Vlg)

## III<sup>e</sup> SERMON POUR LE DIMANCHE DES RAMEAUX

1. C'est sous deux aspects bien différents que la fête d'aujourd'hui présente aux enfants des hommes le Désiré de notre âme <sup>a</sup>, le plus beau des enfants des hommes <sup>b</sup>. Sous l'un et l'autre aspect il est un digne spectacle; sous l'un et l'autre il est désirable et aimable; car en l'un et l'autre il est le Sauveur des hommes. Et cependant sous l'un il est sublime, sous l'autre il est humble; sous l'un il est glorieux, sous l'autre douloureux; sous l'un il est vénérable, sous l'autre misérable. Si toutefois on doit appeler misérable celui qui a pris sur lui la misère par commisération, afin de procurer, au prix de sa propre misère, la miséricorde aux misérables, non afin de solliciter la miséricorde auprès des misérables, quand il est lui-même sa propre béatitude! C'est donc là où il voulut paraître digne de commisération qu'il devint davantage objet de vénération. Or, il le dit: « J'ai attendu quelqu'un qui se contristât avec moi, et il n'y eut personne; quelqu'un qui me consolât, et je n'ai trouvé personne <sup>c</sup>. » Ainsi, celui qui par commisération pour tous voulut de son propre mouvement se faire misérable n'a trouvé auprès de personne, ou presque, la commisération!

Mais, demandera-t-on, où est-ce qu'il se fait voir aujourd'hui sublime et glorieux? Où est-ce qu'il se fait voir humble et douloureux? Vois la procession; écoute la Passion. Tu pourras y reconnaître clairement ce que dit Isaïe: « Autant bien des gens ont été stupéfaits à son sujet, autant son visage sera sans gloire parmi les hommes, ainsi que son aspect parmi les fils des hommes <sup>d</sup>. » Bien des gens ont été stupéfaits de sa gloire,

triumphantis cum in Ierusalem ingrederetur, sed nihilominus paulo post vultus eius inglorius et despectus cum  
 25 pateretur. *Cum intrasset Hierosolimam*, ait Matthaeus, *commota est universa civitas, dicens : Quis est hic ?* Cum pateretur, confusio faciem eius operuit, ut vere confiteatur : *Exaltatus, humiliatus sum et confusus* <sup>f</sup> 1. Sane quod hic se confusum dicit, intelligendum est secundum hoc  
 30 quod alibi dicit de facie corporis : *Operuit confusio faciem meam* <sup>g</sup> ; quia non pepercerunt in faciem meam spuere, velare, percutere et illudere. Nam facies mentis, quae  
 135 A velare, percutere et illudere. Nam facies mentis, quae semper et immobiliter habitabat cum vultu Dei, nec turbari poterat nec confundi. *Dominus Deus*, inquit, *auxiliator meus, ideo non sum confusus ; ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quoniam non confundar* <sup>h</sup>. *In te enim, Domine, speravi ; non confundar in aeternum* <sup>1</sup>. *Confundantur potius illi et non confundar ego ; paveant illi et non paveam ego* <sup>l</sup>.  
 40 2. Si igitur, ut dicere coeperam, hodierna processio simul et passio considerentur, ibi plane videtur Iesus sublimis et gloriosus, hic humilis et aerumnosus. In processione namque cogitatur in honore regis, in passione spectatur in poena latronis. Ibi circumdant eum gloria  
 45 et honor, hic non est ei species neque decor <sup>k</sup>. Ibi gaudium  
 135 B hominum et gloria plebis, hic opprobrium hominum et abiectio plebis <sup>1</sup>. Ibi acclamatur ei : *Hosanna filio David*.

29 hoc *I om. M C* || 37 *In te enim, Domine, speravi : In te en. sper. Dom. d In te Dom. en. sper. k* || 40 *Si igitur ut : Igitur sicut (add. si post passio) d* || 44 *circumdant I : circumdat M C*

e. Matth. 21, 10 f. Ps. 87, 16 (confusus : conturbatus Vlg) g. Ps. 68, 8 h. Is. 50, 7 i. Ps. 30, 2 ; 70, 1 j. Jér. 17, 18 k. Is. 53, 2 l. Ps. 21, 7

pareille à celle d'un triomphateur victorieux, lorsqu'il entra à Jérusalem ; peu après, néanmoins, son visage fut sans gloire et objet de mépris lorsqu'il endurait sa passion. « Lorsqu'il fut entré à Jérusalem, dit Matthieu, toute la ville fut en émoi et demandait : Qui est-ce ? » Lorsqu'il endurait la passion, la confusion lui couvrit le visage si bien qu'il confesse en toute vérité : « J'ai été exalté, humilié et couvert de confusion <sup>f</sup> 1. » Lorsqu'il se dit couvert de confusion, il faut certes le comprendre d'après ce qu'il dit ailleurs de son visage physique : « La confusion me couvrit le visage <sup>g</sup> », puisqu'ils ne se sont pas privés de me cracher au visage, de le voiler, de le frapper et de s'en moquer. Pour ce qui est de son visage spirituel, qui constamment et immuablement demeurerait uni au visage de Dieu, il ne pouvait ni ressentir de trouble, ni se couvrir de confusion. « Le Seigneur Dieu, dit-il, est mon secours ; aussi je n'ai pas été confondu ; aussi j'ai rendu mon visage pareil à la pierre la plus dure ; et je sais que je ne serai pas confondu <sup>h</sup>. Oui, c'est en toi, Seigneur, que j'ai espéré ; je ne serai pas confondu à jamais <sup>1</sup>. A eux plutôt d'être confondus ; moi, je ne serai pas confondu ; à eux d'avoir peur ; moi, je n'aurai pas peur <sup>l</sup>. »

2. Si donc, comme j'avais commencé à le dire, on considère à la fois la procession de ce jour et la Passion, Jésus apparaît bien sublime et glorieux d'une part, humilié et douloureux de l'autre. La procession fait en effet penser à l'honneur réservé aux rois ; la Passion met sous nos yeux la peine réservée au brigand. Ici la gloire et l'honneur l'environnent ; là il n'a ni forme ni beauté <sup>k</sup>. Ici il est la joie des hommes et la fierté du peuple ; là l'opprobre des hommes et le dégoût du peuple <sup>1</sup>. Ici on l'ac-

1. C'est à peu près dans ces termes que le texte est cité au chapitre 7 de la Règle de S. Benoît, 53.

*Benedictus qui venit rex Israel* ; hic in clamat reus mortis, subsannaturque quod se fecerit regem Israel <sup>m</sup>. Ibi cum ramis palmarum ei occurritur, hic a lapidibus palmarum in faciem caeditur et arundine caput percutitur. Ibi sublimatur praeconiis, hic saturatur opprobriis. Ibi certatim ei via sternitur vestimentis alienis, hic exuitur propriis. Ibi tamquam rex iustus et Salvator <sup>n</sup> suscipitur in Ierusalem ; hic tamquam reus et seductor damnatus eicitur de Ierusalem. Ibi sedet in asino stipatus obsequiis ; hic pendet in ligno crucis, scissus flagellis, confossus plagis et desertus a suis.

135 C Ecce plus quam Iob hic <sup>o</sup>, cui tam repente tam vehementer omnia semel in contrarium Deus vertit. *Sufferentiam Iob audistis ; finem Domini vidistis* <sup>p</sup>, ait Iacobus apostolus ; ac si diceret : Sufferentia Iob fuit usque ad reditum substantiae, sufferentia Domini usque ad exitum vitae. Iob quidem patienter damna sustinuit, sed mox in terra sua duplicia recepit ; Christus, ut erat repletus miseris et inebriatus amaritudinibus <sup>q</sup>, e mundo migravit. Itaque plus quam Iob hic, qui de summa ut putabatur repente semelque deiectus felicitate, in extrema atque gravissima finem sortitus est calamitate. *Et haec*, inquit, *passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem* <sup>r</sup> *mundas ad Deum preces* <sup>r</sup> etiam pro crucifixoribus ut eis agnosceret.

3. An non igitur recte videbitur velut turbatus tanta tamque subita rerum mutatione Filius Patrem interpellare illa voce lacrimabili : *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me* <sup>s</sup> ? Certe *manus tuae fecerunt me, in voluntate tua dedu-*

51 caput percutitur *I* transp. *M C* || 61 finem *I* praem. et *M C* cum *VI* q || 65 recepit *I* : suscepit *M C*

<sup>m</sup>. Matth. 21, 9. Jn 12, 13. Antiph. in Vigiliis Dom. Palm. n. Zach. 9, 9  
o. Cf. Matth. 12, 41 p. Jac. 5, 11 q. Job 14, 1. Lam. 3, 15 r. Job 16, 18 s. Matth. 27, 46. Ps. 21, 1

clame : « Hosanna au fils de David ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur » ; là on clame qu'il est digne de mort et on le raille de s'être fait roi d'Israël <sup>m</sup>. Ici ils vont à sa rencontre avec des palmes ; là de leurs paumes ils le soufflèrent au visage, et d'un roseau ils le frappent à la tête. Ici il est comblé d'éloges ; là il est saturé d'opprobres. Ici sa route est, à l'envi, jonchée des vêtements des autres ; là il est dépouillé de ses propres vêtements. Ici c'est comme le roi juste et le Sauveur <sup>n</sup> qu'il est accueilli à Jérusalem ; là c'est comme un criminel et un imposteur qu'il est jugé et banni de Jérusalem. Ici il est monté sur un âne, assailli de marques d'honneur ; là il est pendu au bois de la croix, déchiré par les fouets, transpercé de plaies, abandonné des siens.

Il y a ici mieux que Job <sup>o</sup>, pour qui Dieu renversa et retourna tout d'un seul coup avec tant de soudaineté et de violence. « Vous avez entendu la souffrance de Job et vous avez vu la fin du Seigneur <sup>p</sup> », dit l'apôtre Jacques. C'est comme s'il disait : La souffrance de Job dura jusqu'au rétablissement de sa fortune ; la souffrance du Seigneur, jusqu'à l'achèvement de sa vie. Job, c'est vrai, supporta avec patience les détriments, mais bien vite il reçut le double en son pays ; le Christ, c'est en cet état, rassasié de misères et saturé d'amertumes <sup>q</sup>, qu'il quitta le monde. Voilà pourquoi il y a ici mieux que Job qui, déchu brusquement et d'un seul coup de ce qu'on jugeait le comble de la félicité, atteignit au terme de son extrême et terrible infortune. « Or ceci, dit-il, je l'ai souffert sans qu'il y ait eu iniquité de ma part. Ma prière devant Dieu était pure <sup>r</sup> ; je le priais même de pardonner à mes bourreaux. »

3. Par le fait, n'a-t-on pas le droit de penser que c'est comme troublé devant un si grand et si subit renversement des choses que le Fils lance vers le Père cet appel éploré : « Dieu, mon Dieu, pourquoi m'as-tu abandonné <sup>s</sup> ? » Oui,

*xisti me; et paulo ante cum gloria suscepisti me, et sic repente praecipitas me<sup>t</sup>? Elevans allisisti me<sup>u</sup>, quasi super ventum ponens me, et elidens valide<sup>v</sup>. Exaltatus, 80 humiliatus sum et confusus<sup>w</sup> 1; et eo confusus amplius quo tunc exaltatus sublimius et nunc humiliatus profundius, quantoque tunc altius elevatus tanto nunc gravius allisus.*

Iustum quidem est, o Pater, ut qui se exaltat humilietur<sup>x</sup> et elatio indigni digna deiectione puniatur; sed 85 numquid similiter iustum erat ut quem tu exaltaveras ita confusibiliter humiliaretur, et gloriam quam humilitas meruerat tanta sequeretur contumelia? Numquid, Pater, mihi iratus fuisti, quod vel ad horam hic me passus 90 sum honorari; et illud etiam perexiguum quod susceperam de bonis huius mundi exsolvendum erat ante mortem in poenis et contumeliis, ne postea mihi posset obici: *Fili, suscepisti bona in vita tua<sup>y</sup>? At qui tuus erat honor, o Pater, honor Filii, quia qui non honorificat 95 Filium non honorificat Patrem qui misit illum<sup>z</sup>. Ecce exprobrant inimici tui, Domine; ecce exprobrant commutationem Christi tui<sup>a</sup>; ecce gloriantur in contumelia mea et tormento, qui paulo ante cruciabantur gloria et 136 B honore meo. Numquid non respondebo exprobrantibus 100 mihi verbum<sup>b</sup>, ut sciant aliquando qua dispensatione commutaveris Christum tuum, quo consilio sic exaltaveris mox humiliandum vel humiliaveris exaltatum?*

79 Exaltatus : exaltatus autem d || 89 Pater, mihi I transp. M C || 94 Filii praem. erat d

t. Ps. 72, 24. Job 10, 8 u. Ps. 101, 11 v. Job 30, 22 (ponens elisisti me valide Vlg) w. Ps. 87, 16 x. Le 14, 11 y. Le 16, 25 z. Jn 5, 23 a. Ps. 88, 52 b. Ps. 118, 42

je suis l'œuvre de tes mains; tu m'as conduit selon ta volonté. Alors que tu m'as traité avec honneur il y a si peu de temps, pourquoi soudain me précipiter ainsi<sup>t</sup>? Tu m'as élevé pour me briser<sup>u</sup>; tu m'as comme emporté sur les ailes du vent pour me fracasser durement<sup>v</sup>. Tu m'as exalté, puis humilié et confondu<sup>w</sup> 1: d'autant mieux confondu que j'avais davantage été exalté et que je suis maintenant plus profondément humilié. Plus sublime fut alors mon élévation, plus terrible est maintenant mon écrasement.

Père, il est certes bien juste que soit humilié<sup>x</sup> celui qui s'est exalté lui-même, et que l'élévation de l'homme indigne soit punie d'une juste disgrâce. Mais était-il aussi juste que fût humilié si honteusement celui que tu avais toi-même exalté, et que la gloire méritée par l'humilité fût suivie de pareil déshonneur? Père, serait-ce parce que je me suis laissé honorer à peine une heure ici-bas, que tu t'es irrité contre moi? Ce que j'ai reçu, même si parcimonieusement, des biens de ce monde, devait-il être payé avant ma mort par des supplices et des humiliations, pour qu'on ne pût ensuite m'objecter: « Mon fils, tu as reçu tes biens pendant ta vie<sup>y</sup> »? Mais, Père, c'était ton propre honneur que l'honneur rendu à ton Fils, puisque « ne pas honorer le Fils, c'est ne pas honorer le Père qui l'a envoyé<sup>z</sup>. » Seigneur, voici que tes ennemis insultent, qu'ils insultent au revirement que subit ton Christ<sup>a</sup>. Voici que se glorifient de ma honte et de mon tourment ceux qui, un peu plus tôt, se torturaient de mon honneur et de ma gloire. Ne répondrai-je donc pas un seul mot à mes insulteurs<sup>b</sup>, qu'ils sachent enfin quel fut ton plan dans ce revirement vis-à-vis de ton Christ, quel fut ton dessein en l'exaltant ainsi pour l'humilier aussitôt, ou bien en l'humiliant pour l'exalter?

1. Cf. la note précédente.

4. Respondebis, o Domine Iesu, respondebis exprobrantibus tibi verbum, et verbum asperum, quando  
 105 scilicet respondebit eis in facie arrogantia eorum et arguet eos malitia eorum<sup>c</sup>, videntes in quem transfixerunt<sup>d</sup>. Cum enim videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate<sup>e</sup>, tunc scient quod modo nolunt credere, quia illius posterioris gloriae prior hodiernae processionis gloria mysterium fuerit  
 110 et figura, sicut passionis contumelia meritum et causa. Tunc intelligent quia Christus nunc honoratus, nunc ludibrio habitus, his qui pereunt positus est in offensionem et ruinam, sicut his qui salvi fiunt in resurrectionem et doctrinam; quia quod sacramentum est redemptionis, simul est etiam documentum aedificationis. Sic enim postulabant merita superbiorum: ut eorum superbiae et honor Christi fieret scandalum et mors praecipitium; atque invidiam iuste pereuntium gloria triumphantis excitaret, morientis poena damnaret.

Ceterum his qui salvi fiunt, id est nobis<sup>f</sup>, omnino erat necessarium ut Christus transiens viam huius mundi sequentibus se viam sterneret, sicut per adversa sic  
 136 D etiam per prospera; atque prius exaltatus post humiliatus suo traderet exemplo qualiter modestia servaretur in honore, patientia teneretur in contumelia vel dolore. Ipse siquidem honorari potuit, inflari non potuit; voluit despici sed nescivit aut pusillanimitate deici aut ira morderi. Sicut enim alias cum vellent eum rapere et  
 130 facere regem, ipse refugiens<sup>g</sup> docuit exemplo quod dixit et verbo: ne scilicet velimus in sublime tolli; sic modo

130 refugiens I: refugiens et in solitudinem ad orandum aufugiens M C Mab.

c. Os. 5,5. Jér. 2, 19 d. Zach. 12, 10. Jn 19, 37 e. Matth. 24, 30.  
 Lc 21, 27 f. I Cor. 1, 18 g. Jn 6, 15

4. Tu répondras, Seigneur Jésus, un mot à tes insulteurs, un mot dur à entendre. Ce sera lorsque leur arrogance témoignera contre eux et que leur malice<sup>c</sup> les accusera à la vue de celui qu'ils ont transpercé<sup>d</sup>. Lorsqu'il verront, en effet, le Fils de l'homme venir sur les nuées du ciel avec grande puissance et majesté<sup>e</sup>, alors ils connaîtront ce qu'ils se refusent maintenant à croire: que la gloire qui fut d'abord la sienne lors de la procession d'aujourd'hui était le mystère et la figure de la gloire qui suivrait, de même que l'humiliation de sa passion en était la cause et le mérite. Alors ils comprendront que le Christ, successivement comblé d'honneur et objet de risée, a été établi pour l'achoppement et la ruine de ceux qui se perdent, aussi bien que pour le relèvement et l'instruction de ceux qui se sauvent (car ce qui est sacrement pour notre rachat est encore enseignement pour notre édification). Le salaire mérité par les orgueilleux était que leur orgueil trouvât dans la glorification du Christ le scandale et dans sa mort la ruine; que la gloire de son triomphe suscitât la jalousie de ces hommes qui allaient à leur juste perte, et que la peine de sa mort la condamnat.

D'autre part, à ceux qui se sauvent, c'est-à-dire à nous<sup>f</sup>, il était absolument nécessaire que le Christ, passant par la route de ce monde, traçât la route pour le suivre, aussi bien à travers la prospérité qu'à travers l'adversité. Il fallait que par son exaltation, suivie de son humiliation, il nous apprît à son exemple comment garder la mesure dans les honneurs, comment conserver la patience dans l'humiliation ou la souffrance. Lui a pu être honoré mais n'a pu s'enorgueillir; il a voulu le mépris mais n'a pas connu l'abattement de la pusillanimité ou la morsure de la colère. En d'autres circonstances, lorsqu'on voulait s'emparer de lui pour le faire roi, il s'enfuit<sup>g</sup>, prêchant d'exemple ce qu'il prêchait en parole: de ne pas chercher la faite des grandeurs. Aujourd'hui, tout

quadam alia dispensatione sese ad horam honorari  
 patiens, et nihilominus solitam quia inolitam mansuetu-  
 dinem in honore retinens, formam dabat his qui in  
 135 potestate sunt constituti. Qui tamen ut discerent ea dis-  
 cretione per humilitatem esse mansueti, ut cum res pos-  
 137 A tulareret per zelum essent erecti, Dominus statim in tem-  
 plum ingressus flagello facto de funiculis vindicat iniu-  
 rias Patris<sup>h</sup>, magisque eligit furorem sacerdotum in  
 140 necem suam provocare quam templi profanationem dis-  
 simulare.

5. Ut igitur, fratres, inoffenso pede tam per pros-  
 pera quam per adversa sequamur ducem nostrum, in  
 processione consideremus eum in honore positum, in  
 145 passione contumeliis et doloribus subditum, numquam  
 tamen in tanta mutatione rerum mente mutatum, etsi  
 vultum suum immutaverit coram Abimelech, id est  
 regno Iudaeorum<sup>11</sup>, quam commutationem Christi caecitas  
 exprobrat perfidorum<sup>12</sup>. De immutabili mentis illius  
 150 statu dicit Scriptura : *Homo sanctus in sapientia perma-*  
 137 B *net sicut sol ; nam stultus ut luna mutatur*<sup>k</sup>. De muta-  
 tione faciei illius dicit alia scriptura : *Sapientia hominis*  
*lucet in vultu eius, et potentissimus faciem illius immu-*  
*tabit*<sup>l</sup>.

155 Prorsus in vultu tuo, Domine Iesu, qualitercumque  
 videatur immutatus, sive gloriatus sive inglorius appareat,

133 quia : atque d || 139 eligit : elegit de eligens o || 149 immutabili :  
 incommutabili e h

h. Matth. 21, 12.13 i. I Sam. 21, 13 j. Ps. 88, 52 k. Sir. 27,  
 12 (in sap. manet ... sicut luna VIg) l. Eccl. 8, 1 (commutabit VIg)

1. Dans le récit du livre de Samuel, il ne s'agit pas d'Abimelech, mais  
 d'Achis. Sur ce changement de nom dans le titre du psaume, voir S. JÉRÔME,

aussi bien, poursuivant un autre dessein, il se laissa hono-  
 rer pour une heure, tout en gardant parmi les honneurs  
 sa mansuétude, habituelle puisque naturelle : il offrait  
 ainsi un modèle à ceux qui possèdent l'autorité. Néan-  
 moins, afin de leur apprendre avec quel discernement il  
 faut, tout en observant la mansuétude au nom de l'humi-  
 lité, savoir, si l'occasion le demande, se raidir au nom du  
 zèle, le Seigneur, sitôt rentré dans le temple, se fait un  
 fouet avec des cordes : il venge les injures faites à son  
 Père<sup>h</sup> et provoque délibérément la colère des princes des  
 prêtres qui va lui valoir la mort, plutôt que de fermer les  
 yeux sur la profanation du temple.

5. Si nous voulons, mes frères, suivre notre chef sans  
 broncher, à travers la prospérité comme à travers l'adver-  
 sité, contemplons-le mis à l'honneur dans cette proces-  
 sion, soumis aux outrages et aux souffrances dans sa  
 passion, mais toujours l'âme égale dans un tel retourne-  
 ment, quand même « il a changé de visage devant Abi-  
 mélech », c'est-à-dire devant le royaume des Juifs<sup>11</sup> :  
 voilà « le changement survenu à ton Christ » dont lui font  
 grief ces félons dans leur aveuglement<sup>12</sup>. De son im-  
 muable égalité d'âme, l'Écriture nous dit : « L'homme  
 saint et sage demeure inchangé comme le soleil, tandis  
 que l'insensé change comme la lune<sup>k</sup>. » De son change-  
 ment de visage, elle dit ailleurs : « La sagesse de l'homme  
 luit sur sa face, et le Tout-Puissant changera son visage<sup>l</sup>. »

Certes, Seigneur Jésus, si transformé que semble ton  
 visage, qu'il apparaisse glorieux ou humilié, toujours on  
 y voit luire la sagesse. De ton visage rayonne l'éclat de la

*Breviarium in psalmos*, Ps. 33 ; PL 26, 919 A. Gueric s'appuie ici sur une  
 interprétation allégorique du nom d'Abimelech donnée par S. AUGUSTIN,  
*Enarr. in Ps. 33*, 1, 7 ; CC 38, 278 (PL 36, 304).

2. Cf. S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 88*, 2, 13-14 ; CC 39, 1243 (PL 37,  
 1139-1140).

lucet sapientia ; de vultu tuo *candor lucis aeternae* <sup>m</sup>  
 radiat. Utinam *super nos lumen vultus tui, Domine* <sup>n</sup>  
 effulgeat. Vultus tuus sicut in tristibus sic in laetis sibi  
 160 modestus, serenus ac totus arcano lumine cordis floridus ;  
 iustis hilaris et iucundus, poenitentibus clemens et pius.  
 Intendite, fratres, in vultum serenissimi regis. *In hila-*  
*ritate vultus regis vita, dicit Scriptura ; et clementia eius*  
 137 C *quasi imber serotinus* <sup>o</sup>. Aspexit in protoplastum, et mox  
 165 animatus spiravit in vitam <sup>p</sup> ; respexit Petrum, et mox  
 compunctus respiravit ad veniam <sup>q</sup>. Mox enim, ut Domi-  
 nus respexit Petrum, Petrus de clementia piissimi vultus  
 eius suscepit imbrem serotinum, lacrimas post peccatum.

Lux vultus tui, o Lumen aeternum, teste Iob non  
 170 cadit in terram <sup>r</sup>. *Quae enim communicatio luci ad tene-*  
*bras* <sup>s</sup> ? Anima potius fidelium radios illius excipiant ;  
 aspiretque bene consciis laetitiam, sauciis medicinam.  
 Plane vultus triumphantis Iesu, qualis spectandus est  
 in processione, laetitia et iubilus ; vultus morientis, qualis  
 175 cogitandus est in passione, medela et salus. *Qui timent te*  
 137 D *videbunt me, inquit, et laetabuntur* <sup>t</sup> ; qui dolent se vide-  
 bunt me et sanabuntur, sicut aspicientes in serpentem  
 ligno suspensum post venena serpentum <sup>u</sup>. Te igitur gau-  
 dium et salus omnium, seu videant sedentem in asino  
 180 seu pendentem in ligno, vota benedicant omnium ; ut  
 cum viderint regnantem in throno laudent in saecula  
 saeculorum, cui laus et honor per omnia saecula saecu-  
 lorum.

168 eius *I om. M C* || 182 saeculorum : saeculorum. Amen *e g*

m. Sag. 7, 26    n. Ps. 4, 7    o. Prov. 16, 15    p. Gen. 2, 7    q. Lc  
 22, 61-62    r. Job 29, 24    s. II Cor. 6, 14 (societas Vig)    t. Ps.  
 118, 74    u. Nomb. 21, 8.9

lumière éternelle <sup>m</sup>. Que brille toujours sur nous, Seigneur,  
 la lumière de ton visage <sup>n</sup> ! Dans les tristesses comme dans  
 les joies, ce visage en lui-même est toujours paisible, serein  
 et tout épanoui dans le secret de la lumière intérieure ;  
 aux justes, il se montre souriant et engageant ; aux pé-  
 cheurs, clément et bienveillant. Fixez donc vos regards,  
 mes frères, sur le visage serein de ce roi : « C'est sur le  
 visage souriant du roi qu'est la vie, dit l'Écriture, et sa  
 clémence est comme une pluie tardive <sup>o</sup>. » Son regard s'est  
 posé sur le premier homme, et aussitôt il s'anima et prit  
 souffle pour la vie <sup>p</sup> ; il s'est tourné vers Pierre et aussitôt  
 il s'affligea et reprit souffle dans l'espérance du pardon <sup>q</sup>.  
 Sitôt en effet que le Seigneur se fut tourné vers Pierre,  
 Pierre reçut de son regard si bienveillant et si clément  
 « une pluie tardive », celle des larmes après le péché.

O Lumière éternelle, Job témoigne que la lumière de ton  
 visage ne tombe pas jusqu'à terre <sup>r</sup>. Qu'y a-t-il en effet  
 de commun entre la lumière et les ténèbres <sup>s</sup> ? Aux âmes  
 fidèles, plutôt, d'en capter les rayons. Qu'elle inspire la  
 joie aux consciences en paix ; qu'elle suggère le remède  
 aux consciences blessées. Vraiment, le visage de Jésus  
 triomphant, tel qu'il faut le contempler dans cette pro-  
 cession est allégresse et joie ; le visage de Jésus mourant,  
 tel que nous le méditons dans sa passion est remède et  
 salut. « Ceux qui te craignent me verront, dit-il, et ils se  
 réjouiront <sup>t</sup> ; ceux qui se lamentent sur eux-mêmes me  
 verront et ils guériront » : ainsi regardait-on vers le ser-  
 pent suspendu à un pieu de bois, après la piqûre des  
 serpents venimeux <sup>u</sup>. C'est donc toi, joie et salut de tous,  
 que tous bénissent de leurs vœux, qu'ils te voient monté  
 sur l'âne ou suspendu au bois. Ainsi te verront-ils assis  
 sur ton trône royal et te loueront-ils pour les siècles des  
 siècles. A toi louange et honneur pour tous les siècles  
 des siècles !

## DE EODEM SERMO QUARTUS

### 1. *Hosanna filio David* <sup>a</sup>.

*Vox exultationis et salutis* <sup>b</sup>, *vox gaudii et pietatis*, *vox fidei et amoris*, *adgratulans adventui Salvatoris atque*  
5 *prophético protestans gaudio desideratae laetitiam redemptionis* <sup>1</sup>. *Hosanna filio David*, ait familia David, *salus est illi qui factus est ex semine David, ut salvet eos qui sunt ex fide David. Laudate, laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Dicite : Sit nomen Domini benedictum* <sup>c</sup>; *sit benedictus qui venit in nomine Domini* <sup>d</sup>.  
10 *Ex ore istorum perfecisti, o Pater, laudem Filii tui, ut incorrupto simplicis innocentiae testimonio destruas inimicum et ultorem* <sup>e</sup>, *pharisaeum et pontificem, non ultorem divinae legis, ut mentita est iniquitas sibi* <sup>f</sup>, *sed invidiae propriae et furoris. Sed convertetur dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet* <sup>g</sup>.  
15 *Deus, laudem meam ne tacueris, ait Filius Patri, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est* <sup>h</sup>. *Nihil potest negare Pater Filio ; non tacuit laudem Filii vox paterna*  
138 B *saepius audita de coelo* <sup>1</sup>; *non tacuerunt creaturae in tot signis et prodigiis confitentes eum auctorem naturae ; angeli testati sunt, daemones confessi sunt, ordo prophe-*

<sup>1</sup> Salvatoris *I* : Redemptoris *M C Mab.* || <sup>6</sup> est *I Mab. om. M C* || <sup>15</sup> convertetur : cum verteretur *a* || <sup>21</sup> auctorem : actorem *a*

a. Matth. 21, 9    b. Ps. 117, 15    c. Ps. 112, 1.2    d. Ps. 117, 26  
e. Ps. 8, 3    f. Ps. 26, 12    g. Ps. 7, 17    h. Ps. 108, 2    i. Lc 3, 22 ;  
9, 35. Jn 12, 28

## IV<sup>e</sup> SERMON POUR LE DIMANCHE DES RAMEAUX

### 1. « Hosanna au fils de David <sup>a</sup> ! »

C'est un cri de liesse et de salut <sup>b</sup>, un cri de joie et de piété, un cri de foi et d'amour, une ovation à la venue du Sauveur, l'attestation, en une jubilation prophétique, de la joie pour la Rédemption <sup>1</sup> attendue. « Hosanna au fils de David », dit la famille de David. Salut à celui qui s'est fait héritier de la race de David pour sauver les héritiers de la foi de David. Louez, louez, enfants, le Seigneur ; louez le nom du Seigneur ! Dites : « Béni soit le nom du Seigneur <sup>c</sup> ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur <sup>d</sup> ! » De ces bouches enfantines tu as tiré, ô Père, une louange parfaite à ton Fils. Grâce au témoignage intègre de leur innocente simplicité, tu as confondu « l'ennemi et le vengeur <sup>e</sup> », c'est-à-dire le pharisien et le pontife. Car si ce dernier est appelé « vengeur », il ne l'était pas de la loi divine, comme son iniquité se l'est persuadé mensongèrement <sup>f</sup>, mais de sa haine et de sa colère personnelle. Alors sa peine retombera sur sa tête et son iniquité s'abattra sur son crâne <sup>g</sup>. « Mon Dieu, ne tais pas ma louange, dit le Fils à son Père, car la bouche du pécheur, la bouche du traître est ouverte contre moi <sup>h</sup>. » Or le Père ne peut rien refuser à son Fils. La voix paternelle, entendue du ciel <sup>1</sup> à plusieurs reprises, n'a pas tu la louange du Fils. Les créatures ne l'ont pas tue, quand elles proclamaient, à travers tant de signes et de prodiges, qu'il est l'auteur de la nature. Les anges lui ont rendu témoignage ; les démons l'ont confessé ; le chœur des pro-

<sup>1</sup> Cette acclamation se retrouve en effet dans l'office du 1<sup>er</sup> Dimanche de l'Avent comme dans celui des Rameaux.



ticus atque apostolicus voce consona sibi invicem respondentes cecinerunt. Sed ista demum perfecta laus est, 25 quam aetas illa non tacet, quae nescit adulari et quod Spiritus suggerit dissimulare non potest.

Quid enim manifestius quam quod illa aetas a semetipsa tam nova tam insolita nec dicebat nec faciebat; sed Spiritus sanctus more suo per ora simplicium loquens 30 testimonium Filio perhibebat?

2. Plane Spiritus sanctus conscius operum Christi, 138 C quid ille scilicet Christi pararet adventus, quid gaudii quid salutis humano generi passio parturiret illius, praesaga in cordibus innocentium gaudia suscitabat, atque 35 ad prophetandam mundo redemptionis laetitiam simplicium sibi ministeria sensuum assumebat. Istos nempe Spiritus alloquebatur, vocans *ea quae non sunt tamquam ea quae sunt*<sup>1</sup>, cum per prophetam suum dicebat quae hodie per ipsum facta sunt; mandabat tunc, et nunc 40 creata sunt<sup>k</sup>. *Exulta, inquit, satis filia Sion; iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus et salvator, ipse pauper et ascendens super asinum*<sup>l</sup>. Iam, inquit, *exulta satis*, quae hactenus in tristitia fuisti; iam te satia, si tamen satiari potes gaudio ineffabili, quod sic desiderium 45 satiat ut amplius et felicius esurire faciat. Repleatur 138 D gaudio os tuum et lingua tua exultatione<sup>m</sup>, cui si nec os nec lingua possunt sufficere, supereffundat iubilus quod non capit affectus. *Iubila, inquit, filia Ierusalem; beatus enim populus qui scit iubilationem*<sup>n</sup>. Plane beatus 50 populus qui scit et intelligit hodie sibi ineffabiliter gaudendum, quando ei Salvator advenit promissus et expec-

<sup>35</sup> simplicium om. h || 36-41 ministeria... mandabat... nunc creata sunt... veniet : ministerium... mandavit... creata sunt nunc... venit h || 50 populus om. h

j. Rom. 4, 17    k. Ps. 148, 5    l. Zach. 9, 9    m. Ps. 125, 2    n. Ps. 88, 16

phètes et celui des apôtres l'ont chanté dans l'accord de leurs voix alternées. Mais en définitive la louange parfaite est celle que ne tait pas l'enfance, l'enfance ignorante de l'adulation, incapable de déguiser ce que l'Esprit lui inspire.

Ce n'était pas d'elle-même en effet — quoi de plus évident? — que cette enfance disait et faisait des choses aussi nouvelles, aussi inhabituelles. Non, c'était l'Esprit-Saint qui, selon son habitude, parlait par la bouche des simples et rendait témoignage au Fils.

2. Instruit des œuvres du Christ, l'Esprit-Saint savait ce que préparait cette venue du Christ, ce que sa passion engendrerait de joie et de salut pour le genre humain. Aussi éveillait-il dans le cœur de ces innocents un joyeux pressentiment et se servait-il de ces âmes simples pour prédire au monde la joie de la Rédemption. C'est à eux en effet que l'Esprit s'adressait, « appelant ce qui n'est pas comme ce qui est<sup>1</sup> », lorsqu'il disait par la bouche de son prophète ce qu'aujourd'hui il a réalisé lui-même; en ce temps-là il commandait, et maintenant c'est chose faite<sup>k</sup> : « Sois en grande allégresse, dit-il, fille de Sion ! Jubile, fille de Jérusalem ! Voici que ton roi va venir à toi, juste et sauveur, pauvre et monté sur un âne<sup>l</sup> ! » Sois désormais, dit-il, en grande allégresse, toi qui étais jusqu'ici dans la tristesse ! Rassasie-toi désormais, si toutefois tu peux te rassasier de l'ineffable joie qui ne rassasie le désir qu'en rendant sa faim plus avide et plus heureuse ! Que tes lèvres s'emplissent de joie et ta langue d'allégresse<sup>m</sup> ! Et si ni tes lèvres, ni ta langue ne peuvent y suffire, que ta jubilation fasse déborder ce que ton cœur ne peut contenir : « Jubile, dit-il, fille de Jérusalem, car bienheureux le peuple qui connaît la jubilation<sup>n</sup> ! » Oui, bienheureux le peuple qui sait et comprend qu'il doit se livrer aujourd'hui à une joie ineffable, car le Sauveur promis et attendu dès le commencement des siècles vient

tatus ab initio saeculorum. Beatus populus qui tota  
alacritate devotionis hodie ei occurrit, corde simul et  
voce acclamans ei : *Benedictus qui venit in nomine Do-*  
55 *mini* °. In hoc siquidem benedictus est a Patre Filius,  
ut *qui benedixerit ei benedictionibus repleatur* p ; non una  
139 A dictio quam Domino quis faeneratur cum multiplici  
faenore redit in caput eius.

60 *Vae genti peccatrici, semini nequam, filiis sceleratis* q,  
ad quos spectat illa Domini querela terribilis : *Non faene-*  
*ravi nec faeneravit mihi quisquam ; omnes maledicunt mihi,*  
*dicit Dominus* r. Iudaicus populus hic erat, qui in ratione  
dati et accepti communicare contempsit Domino, nolens  
65 benedicere benedictum Dei Patris ut benediceretur ab  
eo, sed Samaritanum daemoniacum vocans s, insanis  
atque blasphemis Deum insectabatur maledictis. *Male-*  
*dicent illi, inquit, et tu benedices* t, nam ab eis benedictio  
quam noluerunt elongabitur ad gentes u. *Benedicite,*  
70 *gentes, Deum nostrum, quoniam qui prior faeneravit*  
139 B *vobis, praeveniens vos in benedictionibus dulcedinis* v,  
faenerantibus sibi multiplices restituet usuras in bene-  
dictionibus beatitudinis.

3. Ego tamen vereor, fratres mei, ne forte haec temp-  
75 ora teporis et infidelitatis tangat illa querela Domini :  
*Non faeneravi nec faeneravit mihi quisquam ; quia vide-*  
*licet gratia offertur nec suscipitur, promittitur merces*  
*operi et vix aliquis spe illius operatur. Dominus siquidem*  
*faenerat, cum talenta servis partiens scientiam verbi vel*  
80 *gratiam cuiuslibet muneris ad lucrum praerogat* w ;  
*Domino autem faenerat iucundus homo qui miseretur et*

56 non : sed a || 57 benedictione I om. M C || 62 mihi 2 : me d || 75 tepo-  
ris : torporis d

à lui ! Heureux le peuple qui aujourd'hui se porte à sa  
rencontre avec toute l'allégresse de sa dévotion et lui crie,  
de toute sa voix comme de tout son cœur : « Béni soit celui  
qui vient au nom du Seigneur ° ! » En effet, le Fils est  
béni du Père en ce que quiconque le bénira sera comblé  
de bénédictions p : non pas d'une seule mais de plusieurs,  
car si quelqu'un fait au Seigneur le prêt d'une bénédiction  
elle lui revient accrue d'un intérêt considérable.

Malheur à la race pécheresse, à la triste engeance, aux  
fils scélérats q que vise ce terrible reproche du Seigneur :  
« Je n'ai rien prêté et nul ne m'a prêté ; tous me mau-  
dissent r. » Il s'agissait du peuple juif qui dédaigna d'en-  
trer avec Dieu en compte de dépense et de recette, parce  
qu'il ne voulut pas bénir le Béni de Dieu le Père pour être  
béni de lui. Au lieu de cela, ce peuple le traitait de Sama-  
ritain démoniaque s et poursuivait Dieu de ses malé-  
dictions insensées et blasphématoires. « Eux maudiront,  
est-il dit, et toi tu béniras t », car la bénédiction qu'ils ont  
refusée s'éloignera d'eux pour passer aux nations u.  
« Nations, bénissez notre Dieu », car lui qui le premier  
vous a prêté, en vous prévenant des bénédictions de sa  
douceur v, donnera en retour à ceux qui lui prêtent les  
intérêts abondants des bénédictions de sa béatitude !

3. Cependant, je crains, mes frères, que notre temps  
de tiédeur et d'infidélité puisse être concerné par ce  
reproche du Seigneur : « Je n'ai rien prêté et nul ne m'a  
prêté. » En effet, la grâce est offerte, et elle n'est pas reçue ;  
le gain est promis au travail, et à peine trouve-t-on quel-  
qu'un qui travaille dans l'espoir de l'obtenir ! C'est vrai,  
le Seigneur prête lorsqu'il partage les talents à ses servi-  
teurs, lorsqu'il leur fait don, en vue du profit et à titre  
d'avance, de la science de la parole ou de quelque autre  
grâce w. De son côté, l'homme bon « qui compatit et

o. Jn 12, 13 p. Gen. 21, 29 q. Is. 1, 4 r. Jér. 15, 10-11

s. Jn 8, 48 t. Ps. 108, 28 u. Ps. 108, 18 v. Ps. 20, 4 w. Matth.  
25, 14-23

*commodat* <sup>x</sup>; dicente Scriptura : *Faeneratur Domino qui misericordiam facit proximo* <sup>y</sup> 1. Immo Domino faeneratur quicumque spe divinae retributionis aliquid operatur, ut  
85 dicere possit : *Scio cui credidi* <sup>z</sup>; scio qui dixit : si quid  
139 C erogaveris, *cum rediero, reddam tibi* <sup>a</sup>. Nos aut nihil aut ita timide gelideque faeneramus ei, quasi debitor infidelis sit aut non habeat unde reddere possit.

Magnae prorsus fidei illa plebs hebraea, quae cum eum  
90 pauperem <sup>b</sup>, sedentem super asellum et ipsum non suum cerneret, omni tamen securitate ac devotione faenerabat ei; non solum vestimenta sua in via ei sternens, sed et se totam quantum poterat honori eius impendens. Sed nimirum intelligebat super egenum et pauperem, quippe  
95 cui propheta signum dederat intelligendi Salvatorem, ipsam qua superbis viluit paupertatem. *Ipsae*, inquit, *pauper et ascendens super asinum* <sup>c</sup>. Hoc, inquit, signo  
139 D poteris venientem agnoscere regem tuum, cuius *regnum non est de hoc mundo* <sup>d</sup>, quia scilicet, ad debellandam superbiam quae regnat in mundo, paupertatem seu humilitatem evangelizabit sicut verbo sic etiam exemplo.

4. Beata itaque filia Sion, quae Christi humilitatem tamquam armaturam coelestem, tamquam insigne regni didicit venerari. Misera mater eius infidelis, illa Sion quae  
105 cum humilem vidit fastidivit, cum honoratum vidit invidit. Beata, inquam, ecclesia primitivorum <sup>e</sup>, quae

86 cum rediero *praem. ego d* || Nos *I* : nos autem *M C* || 87 timide : tepide *h* || 101 evangelizabit : evangelizabat *b<sup>oo</sup> d* || 102 quae : quem *d* || 104, 106 quae bis : quem *d*

x. Ps. 111, 5    y. Prov. 19, 17 et Sir. 29, 1    z. II Tim. 1, 12    a. Lc 10, 35  
b. Ps. 40, 2    c. Zach. 9, 9    d. Jn 18, 36    e. Hébr. 12, 23

1. \* Non faeneravi, etc. ... Nullus se praebuit qui digne mea aera susciperet, nec faeneravit mihi quisquam in sanctis atque pauperibus confovendis me sibi faciens debitorem. » S. JÉRÔME, *In Jerem.*, 3 (sur 15, 10); *CC 74*,

prête <sup>x</sup> » prête au Seigneur, puisque l'Écriture dit : « Qui fait miséricorde au prochain prête au Seigneur <sup>y</sup> 1. » Bien mieux, quiconque agit en vue de la récompense divine prête au Seigneur, car alors il peut dire : « Je sais à qui j'ai fait crédit <sup>z</sup>. Je sais qui m'a dit : Ce que tu dépenseras, je te le rendrai à mon retour <sup>a</sup>. » Et nous, ou bien nous ne lui prêtons rien, ou bien nous le faisons aussi timide-ment et froidement que s'il était un débiteur infidèle ou n'avait pas de quoi rendre !

Quelle foi vraiment grande avait cette foule hébraïque ! Alors qu'elle contemplait le Christ pauvre <sup>b</sup>, monté sur un ânon qui n'était pas même à lui, elle lui « prêtait » pourtant en toute confiance et affection, non seulement en étendant ses vêtements sur sa route, mais en se dépensant tout entière et de tout son pouvoir à lui rendre honneur. C'est qu'elle avait « l'intelligence du pauvre et de l'indigent », le prophète lui ayant donné comme signe d'intelligence, pour reconnaître le Sauveur, la pauvreté même qui le fit mépriser des orgueilleux : « Il est pauvre et monté sur un âne <sup>c</sup>. » A ce signe, dit-il, tu pourras reconnaître ton roi qui vient. Et ton royaume n'est pas de ce monde <sup>d</sup>, puisque pour vaincre l'orgueil qui règne en ce monde, il prêchera un évangile de pauvreté et d'humilité, non seulement par la parole, mais encore par l'exemple.

4. Bienheureuse donc la fille de Sion qui a appris à révéler l'humilité du Christ comme une armure céleste, comme un insigne de royauté ! Malheureuse sa mère, l'infidèle Sion, qui, le voyant humble, l'a dédaigné ; le voyant honoré, l'a jalosé ! Bienheureuse, dis-je, l'Église des premiers-nés <sup>e</sup> qui a reconnu avec tant de foi et reçu

148 (PL 24, 777 BC). Cette invitation à la charité sous forme d'un prêt fait au Seigneur est exposée par S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 36*, 3, 6 ; *CC 38*, 371-373 (PL 36, 386-387).

tam fideliter agnovit tamque gratanter suscepit venientem in nomine Domini. Infelix synagoga perfidorum, quae venturum in suo nomine parata suscipere<sup>f</sup>, illius  
 110 qui Patris gloriam quaerebat cruciatur honore. *Increpa,*  
 140 A *inquiunt, discipulos tuos* g; quasi scilicet aut illorum  
 simplicitas nosset adulari, aut ipsius puritas vanis posset  
 laudibus delectari. *Dico vobis, inquit, quia si hi tacuerint,*  
 115 *lapides clamabunt* h, quia Deus laudem meam non tacebit<sup>i</sup>. Prorsus ita est : *Si hi tacuerint, lapides clamabunt;*  
 quia tempore passionis isti tacuerunt sed lapides clamaverunt, dum in testimonium et laudem morientis *petrae scissae sunt et monumenta aperta sunt* j. Prorsus ita est ;  
 quia modo tacente synagoga iuxta illud, *nocte tacere feci*  
 120 *matrem tuam* k, clamat vivis ex lapidibus gentium ecclesia ; clamant plane lapides de quibus suscitavit filios  
 Abrahæ qui potens est l. *Laudate, inquit propheta, habitatores petrae ; de vertice montium clamabunt* m. Ecce  
 140 B *hodie in foraminibus petrae, in cavernis maceriae* n, vox  
 125 columbae resonat, clamantis et dicentis : *Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini* o.

5. Benedictus qui, ut nidificare possem in foraminibus petrae<sup>p</sup>, manus, pedes et latus perforari sibi tulit, et se mihi totum aperuit, ut ingrediar *in locum tabernaculi*  
 130 *admirabilis* q et protegar *in abscondito tabernaculi sui* r. Opportunum quidem *petra refugium herinacis* s, sed et habitatio grata columbis, cuius foramina tot vulneribus toto fere corpore patentia et veniam offerunt reis, et gratiam conferunt iustis<sup>t</sup> 1. Immo vero tuta habitatio,

f. Jn 5, 43 g. Le 19, 39 h. Le 19, 40 i. Ps. 108, 2 j. Matth. 27, 51 k. Os. 4, 5 l. Le 3, 8 m. Is. 42, 11 n. Cant. 2, 14 o. Matth. 21, 9 p. Cant. 2, 14 q. Ps. 41, 5 r. Ps. 26, 5 s. Ps. 103, 18 t. Cant. 2, 14

1. Exégèse traditionnelle de Cant. 2, 14. On la trouve peut-être pour la première fois chez JUSTE D'URGEL, *In Cant. Cant. explicatio* ; PL 67, 972 BC. BÈDE LE VÉNÉRABLE, *In Cant.*, 2, 9 ; PL 91, 1111. ROBERT DE TOMBELAINE, *In Cant. (in hunc locum 2, 15)* ; PL 79, 499 CD. S. BERNARD, *Super Cant.*,

avec tant de joie celui qui venait au nom du Seigneur ! Malheureuse, la Synagogue des perfides qui, prête à recevoir celui qui viendrait en son propre nom<sup>f</sup>, se tourmentait de l'honneur rendu à celui qui cherchait la gloire de son Père ! « Reprends tes disciples<sup>g</sup> », lui disent-ils. Comme si leur simplicité entendait la flatterie, ou que sa pureté à lui risquait de se complaire aux vaines louanges ! « Je vous le dis, répond-il ; si eux se taisent, les pierres crieront<sup>h</sup> ; car Dieu ne taira pas ma louange<sup>i</sup>. » C'est bien cela : « Si eux se taisent, les pierres crieront », puisque, durant la passion, eux se sont tus, tandis que les pierres ont crié, lorsque en témoignage et à la louange du Christ mourant, les roches se fendirent et les tombeaux s'ouvrirent<sup>j</sup>. C'est bien cela, puisque à présent la synagogue se tait — selon qu'il est écrit : « J'ai fait taire ta mère durant la nuit<sup>k</sup> » —, tandis que crie l'Église des gentils, bâtie de pierres vivantes ; tandis que crient les pierres dont le Puissant a fait naître des fils à Abraham<sup>l</sup>. « Louez-le, habitants de la Roche, dit le prophète : du sommet des montagnes ils crieront<sup>m</sup>. » Voici qu'aujourd'hui dans les trous de la pierre, dans les anfractuosités de la muraille<sup>n</sup> retentit la voix de la colombe qui crie : « Hosanna au fils de David ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur<sup>o</sup> ! »

5. Béni soit celui qui, pour me permettre de faire mon nid dans les trous de la pierre<sup>p</sup>, s'est laissé percer les mains, les pieds et le côté ; celui qui, pour que je pénètre jusqu'au tabernacle admirable<sup>q</sup> et que je sois protégé dans le secret de son tabernacle<sup>r</sup>, s'est tout entier ouvert à moi ! Certes, cette pierre est un refuge propice aux hérissons<sup>s</sup>, mais elle est aussi un séjour agréable aux colombes, car ces trous béants de tant de plaies sur presque tout son corps offrent le pardon aux pécheurs et accordent la grâce aux justes<sup>t</sup> 1. Mieux encore, mes

45, 4 ; 61, 3-8 ; 62, 6 ; EC II, 52, 149-153, 159 (PL 183, 1001, 1071-1074, 1078-1079).

135 fratres mei, *turrisque fortitudinis a facie inimici*<sup>u</sup>, pia  
 ac sedula meditatione Christi Domini vulneribus immorari,  
 140 C fideque et amore crucifixi animam ab aestu carnis, a  
 turbine saeculi, ab impetu diaboli contutari. Super  
 omnem gloriam mundi protectio huius tabernaculi vide-  
 140 licet *in umbraculum diei ab aestu, et in securitatem et*  
*absconsionem a turbine et a pluvia*<sup>v</sup>, ut *per diem sol non*  
*urat te*<sup>w</sup> prosperitate, nec turbo moveat in tempestate.

Ingredere igitur in petra, o homo; *abscondere in fossa*  
*humo*<sup>x</sup>; pone tibi latibulum in crucifixo. Ipse petra,  
 145 ipse humus, qui Deus et homo; ipse petra forata, humus  
 fossa; quia *foderunt manus meas*, inquit, et *pedes meos*<sup>y</sup>.  
*Abscondere*, inquit, *in fossa humo a facie timoris Domini*<sup>z</sup>;  
 hoc est ab ipso fuge ad ipsum, a iudice ad Redemptorem,  
 a tribunali ad crucem, a iusto ad misericordem, ab eo qui  
 150 *percutiet terram virga oris sui*<sup>a</sup> ad eum qui inebriat ter-  
 140 D *ram stillicidiis cruoris sui*, ab eo qui *spiritu labiorum*  
*suorum interficiet impium*<sup>b</sup> ad eum qui sanguine vulne-  
 rum suorum vivificat extinctum. Quinimmo non ad  
 ipsum tantum sed in ipsum fuge, in foramine petrae  
 155 ingredere, in fossa humo abscondere, in ipsis manibus  
 foratis, in fosso latere teipsum absconde. Vulnus enim  
 in latere Christi, quid nisi ostium in latere arcae salvan-  
 dis a facie diluvii<sup>1</sup>? Illud tamen figura, istud veritas,

143 petra I C : petram M Mab. || 145 qui I : quia M C || 156 foratis : per-  
 foratis d || absconde I : reconde M C

u. Ps. 60, 4 v. Is. 4, 6 (In absconsionem Vig) w. Ps. 120, 6 (uret  
 Vig) x. Is. 2, 10 y. Ps. 21, 17 z. Is. 2, 10 a. Is. 11, 4 b. Ibid.

1. Unus militum lancea latus ejus aperuit ... ut illic quodammodo vitae  
 ostium panderetur, unde sacramenta ecclesiae manaverunt ... Hoc praenun-  
 tiabat quod Noe in latere arcae ostium facere jussus est, qua intrarent ani-  
 malia quae non erant diluvio peritura, quibus praefigurabatur ecclesia. »  
 S. AUGUSTIN, *In Ioannem*, 120, 1; CC 36, 661 (PL 35, 1953). De même  
 BÈDE LE VÉNÉRABLE, *Hexaemeron*, 2; PL 91, 90 A. « ... accedere ad sacro-

frères, c'est une demeure sûre, une tour forte devant  
 l'ennemi<sup>u</sup>, que d'habiter par une méditation aimante et  
 assidue les plaies du Christ notre Seigneur, de chercher  
 dans la foi et l'amour envers le Crucifié un sûr abri pour  
 notre âme contre les ardeurs de la chair, les tempêtes du  
 siècle, les assauts du démon. La protection de ce taber-  
 nacle l'emporte sur toute la gloire du monde : il procure  
 un ombrage contre la chaleur du jour, une défense et un  
 refuge contre l'ouragan et contre l'averse<sup>v</sup>; ainsi, le  
 soleil ne te brûlera pas durant le jour<sup>w</sup>, au temps de la  
 prospérité, pas plus que l'ouragan ne t'ébranlera au temps  
 de la calamité.

Pénètre donc dans la pierre, ô homme ! Cache-toi dans  
 le trou de la terre<sup>x</sup> ! Réfugie-toi dans le Crucifié ! Il est  
 la pierre, il est la terre, lui Dieu et homme. Il est la pierre  
 forée, la terre trouée : « Ils ont troué, dit-il, mes mains  
 et mes pieds<sup>y</sup>. » — « Cache-toi, est-il écrit, dans le trou  
 de la terre, face à la terreur du Seigneur<sup>z</sup>. » Ce qui veut  
 dire : cherche un refuge contre lui auprès de lui; contre  
 le Juge auprès du Rédempteur; contre le tribunal auprès  
 de la croix; contre le juste auprès du miséricordieux;  
 contre celui qui frappera la terre de la verge de sa bouche<sup>a</sup>,  
 auprès de celui qui enivre la terre des gouttes de son sang;  
 contre celui qui tuera l'impie du souffle de ses lèvres<sup>b</sup>,  
 auprès de celui qui rend vie au mortel par le sang de ses  
 plaies. Bien mieux, réfugie-toi, non seulement auprès de  
 lui, mais en lui; pénètre dans l'anfractuosité de la pierre;  
 cache-toi dans le trou de la terre; va te cacher dans ces  
 mains percées, dans ce flanc troué. Qu'est-ce, en effet,  
 que la plaie dans le flanc du Christ, sinon la porte ouverte  
 au flanc de l'arche pour ceux qui seraient préservés du  
 déluge<sup>1</sup>? Seulement, l'une était figure, l'autre est réalité :

sanctum lateris ejus vulnus, ostium arcae, quod factum est in latere. »  
 GUILLAUME DE SAINT-THIERRY, *De contemplando Deo*, 3, 18-24; SC 61,  
 p. 64 (PL 184, 368). *Meditativae Orationes*, 6, 3; PL 180, 225-226.

ubi non modo servatur vita mortalis sed recuperatur  
 160 immortalis. Ideo quippe latus suum pius et misericors  
 aperuit, ut cruor te vulneris vivificet, calor corporis  
 refocillet, spiritus cordis quasi libero et patenti meatu  
 141 A aspiret. Ibi tuto latebis donec transeat iniquitas <sup>c</sup>; ibi  
 165 nequaquam algebis, eo quod in visceribus Christi non  
 frigescat caritas; ibi deliciis afflues <sup>d</sup>; ibi gaudiis superefflues,  
 vel tunc demum cum a vita capitis tua et omnium  
 membrorum corporis eius absorpta fuerit mortalitas.

6. Merito itaque columba Christi, formosa Christi,  
 cui ipsius vulnera tam tuta tam grata ad nidificandum  
 170 paravere foramina, laudes ipsius ubique hodie laetabunda  
 decantat; ac de passionis memoria vel imitatione, de  
 vulnerum meditatione, tamquam de foraminibus petrae  
 vox suavis in auribus sponsi resonat <sup>e</sup>.

142 A Ceterum vobis, fratres mei, qui tanto interius nidi-  
 175 ficastis in foraminibus petrae, quanto secretius vivitis in  
 Christo *et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* <sup>f</sup>,  
 vobis incumbit omnino ut quorum est conversatio quietior  
 et tutior sit etiam devotio dulcior; praesertim hodie,  
 cum et recursus temporis et repraesentatio operis velut  
 180 interesse nos facit illi gaudio sollemni quo susceptus est  
 in Ierusalem. *Benedictus qui venit rex in nomine Domini* <sup>g</sup>; ipsi  
 benedictio, regnum et imperium, *qui est super omnia  
 Deus benedictus in saecula* <sup>h</sup> saeculorum.

161 calor : labor *d* || 162 libero et patenti *I transp. M C* || 169 tam <sup>2</sup> *I M* :  
 quam *C* || 174 nidificastis : nidificatis *b* || 181 rex *I M (exc. h) om. h C* || 183  
 saeculorum : saeculorum. Amen *e g*

c. Ps. 56, 2 d. Cant. 8, 5 e. Cant. 2, 14 f. Col. 3, 3 g. Lc 19,  
 38 h. Rom. 9, 5

il ne s'agit plus ici de sauver la seule vie mortelle, mais de recouvrer l'immortelle. La raison pour laquelle le Christ tendre et miséricordieux a ouvert son côté, c'est que le sang de sa plaie te vivifiât, que la chaleur de son corps te réchauffât, que l'aspiration de son cœur t'attirât pour ainsi dire par cet orifice librement ouvert. C'est là que tu seras caché en sécurité jusqu'à ce que passe l'iniquité <sup>e</sup>; là que tu n'auras rien à souffrir du froid, car dans les entrailles du Christ la charité ne se refroidit pas; là que tu seras inondé de délices <sup>d</sup>; là que tu déborderas de joies, du moins lorsque enfin la vie de notre Chef aura englouti ton être mortel et celui de tous les membres de son Corps.

6. Il est donc bien juste que la colombe du Christ, sa toute belle, à qui ses plaies ont préféré, pour y faire son nid, des creux aussi sûrs et aussi propices, chante partout aujourd'hui, et avec joie, ses louanges : du souvenir ou de l'imitation de la passion, de la méditation des saintes plaies, comme des creux du rocher, une voix très douce retentit aux oreilles de l'Époux <sup>e</sup>.

Quant à vous, mes frères, vous faites votre nid d'autant plus avant dans le creux du rocher que vous vivez plus intimement dans le Christ et que votre vie est plus profondément cachée avec le Christ en Dieu <sup>f</sup>. Vous vous devez absolument d'avoir une dévotion d'autant plus douce que votre vie est plus paisible et plus assurée, et cela aujourd'hui surtout, où à la fois le jour anniversaire et la représentation de l'événement nous rendent comme présente la joyeuse solennité par laquelle il fut reçu à Jérusalem. Béni soit le roi qui vient au nom du Seigneur <sup>g</sup> ! Bénédiction, royauté et souveraineté à celui qui est Dieu au-dessus de tout, qui est béni dans les siècles <sup>h</sup> des siècles !

## DE RESURRECTIONE DOMINI SERMO PRIMUS

- 141 B 1. *Nuntiaverunt Iacob dicentes : Ioseph vivit. Quo audito revixit spiritus eius et ait : Sufficit mihi si Ioseph filius meus vivit. Vadam et videbo eum antequam moriar* <sup>a</sup>.
- 5 Dicetis forsitan mihi : Bene, sed quid ad rem ? Quid de Ioseph ad gaudium huius diei, ad gloriam resurrectionis Christi <sup>1</sup> ? Pascha est ; et tu iterum apponis quadragesimalia <sup>2</sup> ? Agnum paschalem esurit anima nostra, cui se per tam longa praepravit ieiunia. Ardens est cor nostrum in
- 10 nobis de Iesu <sup>b</sup> ; Iesum desideramus, si nondum meremur ipsum videre vel de ipso audire. Iesum non Ioseph esurimus, Salvatorem non somniatorem, Dominatorem coeli
- 141 C non Aegypti ; non qui pavit ventres sed qui pascit mentes, sed esurientes. In hoc saltem nos adiuvet sermo tuus, ut
- 15 quem esurimus amplius esuriamus. Legimus enim : *Beati qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur* <sup>c</sup>. Cum audimus magis esurimus. Nam et qui epulas commendat famem irratat. Si de Iesu audierimus, auditui nostro dabitur *gaudium et laetitia, et exultabunt ossa humiliata* <sup>d</sup>. Humiliata
- 20 sunt ossa nostra quadragesimali afflictione et luctu, magis autem dolore passionis eius ; sed exultabunt nuntio resurrectionis eius. Cur ergo tuum Ioseph nobis ingeris, cum

a. Gen. 45, 25-28. Citatur fere sicut in resp. xi Dom. 3 Quadrag. b. Lc 24, 32 c. Matth. 5, 6 d. Ps. 50, 10

1. S. AMBROISE, *De Ioseph Patriarcha*, 13, 79.80 ; PL 14, 670 BC.

## I<sup>er</sup> SERMON POUR LA RÉSURRECTION DU SEIGNEUR

1. « Ils annoncèrent à Jacob : Joseph est en vie ! A cette nouvelle, son esprit se ranima et il dit : Cela me suffit, si Joseph, mon fils, est en vie ! J'irai le voir avant de mourir <sup>a</sup>. »

Vous allez peut-être me dire : Bon ! Mais quel est le rapport ? Qu'y a-t-il de commun entre Joseph et la joie de ce jour, la gloire de la Résurrection du Christ <sup>1</sup> ? C'est Pâques, et tu viens encore nous servir des mets de carême <sup>2</sup> ! Notre âme a faim de l'Agneau pascal, après s'y être préparée par de si longs jeûnes. Si notre cœur est brûlant au-dedans de nous, c'est de Jésus <sup>b</sup> ; c'est Jésus que nous désirons, même si nous ne méritons pas encore de le voir lui-même ou d'entendre parler de lui-même. C'est de Jésus, non de Joseph, que nous avons faim ; du Sauveur, et non du songeur ; du Seigneur du ciel, non de celui de l'Égypte ; non de celui qui a nourri les estomacs, mais de celui qui nourrit les âmes, pourvu qu'elles aient faim. Que ton sermon serve du moins à aviver notre faim de celui dont nous avons faim ! Nous lisons en effet : « Bienheureux ceux qui ont faim, car ils seront rassasiés <sup>c</sup>. » Quand nous l'entendons dire, notre faim grandit. Car c'est aiguïser l'appétit que de vanter le menu ! Si c'est de Jésus que nous entendons parler, nos oreilles en recevront « joie et liesse » ; « nos os humiliés exulteront <sup>d</sup> ». Oui, nos os ont été humiliés par l'affliction et le deuil du carême, et plus encore par la douleur de sa Passion, mais ils exulteront à l'annonce de sa Résurrection. Alors, pourquoi nous ramènes-tu ton Joseph, quand

2. C'est-à-dire les leçons et répons pour les vigiles de la 3<sup>e</sup> semaine du Carême.

praeter Iesum quidquid loquaris non sapiat nobis<sup>1</sup> ;  
 141 D praesertim hodie cum paschalis agnus comeditur, cum  
 25 *Pascha nostrum immolatus est Christus* <sup>e</sup> ?

2. Ovum sive nucem vobis, fratres, apposui ; frangite  
 testam et invenientis escam. Ioseph discutiatur ; et Iesus  
 invenientur, agnus paschalis quem esuritis ; qui tanto dul-  
 cius comeditur, quanto latens abstrusius et studiosius  
 30 quaeritur et difficiliter invenitur. Dicitis mihi : Quid  
 Ioseph ad Christum, quid historia quam proposui ad diem  
 istum ? *Multum per omnem modum* <sup>f</sup>. Historiam recorda-  
 mini, et ultro sese vobis revelabit pietas mysterii ; si modo  
 Iesum interpretem habeatis <sup>g</sup>, qui hodieque resurgens de  
 35 occidente littera loquitur suis in via et aperit Scripturas <sup>h</sup>.  
 Quis enim in omnibus patriarchis et prophetis manifes-  
 142 B tius aut signantius quam Ioseph figuram exprimit Salva-  
 toris <sup>3</sup> ? Et ut breviter summam perstringam secundum  
 illud : *Da occasionem sapienti et addetur ei sapientia* <sup>h</sup> ; si  
 40 cum fide ac pietate cogitemus interpretationem nominis  
 eius <sup>1 4</sup>, deinde quod prae ceteris fratribus *pulchra facie et*  
*decorus aspectu* <sup>j</sup> ; quod innocens actu, prudens intellectu ;  
 quod venditus a suis suos a morte redemit ; quod prius  
 humiliatus usque ad ergastulum et sic exaltatus usque ad

26 vobis, fratres, apposui *I M (exc. h)* : fr. vob. app. h app. vob. fr. C Mab.

e. I Cor. 5, 7    f. Rom. 3, 2    g. Lc 24, 32    h. Prov. 9, 9    i. Gen.  
 30, 24    j. Gen. 39, 6

1. « Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut  
 conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. » S. BERNARD, *Super*  
*Cant.*, 15, 6 ; *EC I*, 86 (*PL* 183, 847 A).

rien de ce que tu peux nous dire d'autre que Jésus n'est  
 à notre goût<sup>1</sup> ? Aujourd'hui surtout où l'on mange  
 l'Agneau pascal, où « le Christ notre Pâque a été im-  
 molé <sup>e</sup> » !

2. Mais, mes frères, c'est un œuf, ou une noix, que je  
 vous ai servi ! Brisez la coquille, et vous trouverez de  
 quoi manger. Décortiquez Joseph, et vous trouverez  
 Jésus, cet agneau pascal dont vous avez faim. Il y a  
 d'autant plus de plaisir à le manger qu'il est mieux caché,  
 que sa recherche est plus laborieuse, sa découverte plus diffi-  
 cile. Vous me demandez quel est le rapport entre Joseph  
 et le Christ, entre l'histoire que j'ai choisie et le jour où  
 nous sommes. « Ce rapport est grand à tout point de  
 vue <sup>f</sup>. » Rappelez-vous l'histoire, et d'emblée le mystère  
 de bonté se révélera à vous : il suffira que vous ayez pour  
 interprète Jésus <sup>2</sup> qui, aujourd'hui encore, ressuscité,  
 s'entretient en chemin avec ses disciples à propos de la  
 lettre qui tue, et leur ouvre les Écritures <sup>g</sup>. Lequel en  
 effet, parmi tous les patriarches et les prophètes, exprime  
 la figure du Sauveur <sup>3</sup> avec plus de clarté et plus de netteté  
 que Joseph ? Mais je me contenterai de résumer briève-  
 ment les faits, selon le conseil de l'Écriture : « Donne  
 occasion au sage, et il y trouvera un accroissement de  
 sagesse <sup>h</sup>. » Rappelons-nous donc avec foi et piété l'inter-  
 prétation de son nom <sup>1 4</sup>, puis comment il surpassait tous  
 ses frères « par sa belle prestance <sup>j</sup> », combien était inno-  
 cente sa conduite et prudente son intelligence ; comment,  
 vendu par les siens, il les délivra de la mort ; comment,  
 d'abord humilié jusqu'à être jeté dans la prison des  
 esclaves, il fut ensuite par là exalté sur le trône royal ;

2. « Joseph verus, id est arbiter et interpres divinitatis ... interpres enim  
 divinitatis est Christus. » S. AMBROISE, *op. cit.*, 84 ; *PL* 14, 672 AB.

3. S. AMBROISE, *op. cit.*, *passim*.

4. « Joseph, augmentum. » S. JÉRÔME, *Liber interpretationis nom. hebraic.* ;  
*CC* 72, 67 (*PL* 23, 781).



45 solium ; quod denique pro merito operis sui novo nomine appellatus est inter gentes Salvator mundi <sup>k</sup> ; si haec omnia, inquam, pie ac fideliter cogitemus, nonne incunctanter agnoscimus quam vere sit a Domino dictum : *In manibus prophetarum assimilatus sum* <sup>l</sup> ?

50 3. Iamvero si veniamus ad verba illa quae de historia  
142 C proposui, puto quia non tantum expositione indigebunt quam admirationem et gaudium movebunt ; quod videlicet tam evidentem resurrectionem Christi *testificata sit a lege et prophetis* <sup>m</sup> ; et historia vetus tam proprie nova sacramenta loquatur, ut cum prophetia legitur paene evangelium mutatis dumtaxat nominibus audiri videatur. *Nuntiaverunt*, inquit, *Iacob dicentes : Ioseph vivit* <sup>n</sup>. Quid hic aliud intelligere possum nisi : Nuntiaverunt apostolis dicentes : Iesus vivit ? Iacob namque nihil aliud quam  
60 apostolorum chorum intelligo ; nec absurde, ut arbitror, non solum quia de Iacob orti sunt, non solum quia de Iacob Israel facti sunt cum de lucta activae ad visionem  
142 D et requiem contemplativae transierunt <sup>o</sup>, sed etiam quia patres sunt multitudinis credentium id est verorum Israelitarum, sicut ille carnalium <sup>p</sup>. Sicut ille, sic isti suum Ioseph cum putarent periisse, inconsolabiliter doluerunt ; cum audissent vivere, difficulter et tarde crediderunt ; cum cognovissent, ineffabiliter gavisi sunt.

*Nuntiaverunt*, inquit, *Iacob dicentes : Ioseph vivit. Quo*  
70 *audito Iacob quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis* <sup>q</sup>. Quasi aliis verbis mihi videtur dictum, quod in evangelio legitur scriptum. *Illa vadens*, haud dubium quin Maria Magdalene, *nuntiavit his qui cum eo fuerant*

58 possum I : possum M C

k. Gen. 41, 45    l. Os. 12, 10    m. Rom. 3, 21    n. Gen. 45, 26  
o. Gen. 32, 23-28    p. Gen. 35, 11    q. Gen. 45, 26

enfin, comment, en récompense de sa conduite, il reçut un nom nouveau et fut appelé par les païens le sauveur du monde <sup>k</sup>. Si donc nous méditons tout cela avec foi et piété, ne reconnaitrons-nous pas immédiatement combien est vrai ce que le Seigneur a dit : « Par la main des prophètes, j'ai été représenté en figures <sup>l</sup> » ?

3. Si nous en venons maintenant aux paroles tirées de cette histoire que j'ai citées en commençant, je pense qu'il y a moins lieu de les expliquer que de nous laisser porter par elles à la joie et à l'admiration, tant la résurrection du Christ a été annoncée avec évidence par la Loi et les Prophètes <sup>m</sup> ! Ce récit de l'Ancien Testament énonce en effet de façon si précise les mystères de la Loi nouvelle, qu'en lisant cette prophétie, on croirait presque entendre l'Évangile, les noms seuls étant changés. Le texte dit : « Ils annoncèrent à Jacob : Joseph est en vie <sup>n</sup> ! » Que puis-je comprendre d'autre ici que : « Ils annoncèrent aux apôtres : Jésus est en vie » ? Par Jacob, en effet, je ne puis entendre que le chœur des apôtres. Ce n'est pas sans raison, à mon avis ; en effet, non seulement les apôtres sont issus de Jacob, non seulement ils se sont eux aussi transformés de Jacob en Israël en passant de la lutte de la vie active au repos et à la vision de la vie contemplative <sup>o</sup>, mais ils sont aussi les pères de la multitude des croyants, c'est-à-dire des vrais Israélites, comme Jacob l'est des Israélites selon la chair <sup>p</sup>. Comme lui, ils pensaient avoir perdu leur Joseph, et ils en éprouvaient une douleur inconsolable ; quand on leur annonça qu'il était vivant, ils ne crurent que difficilement et lentement ; mais lorsqu'ils le reconnurent, ils en ressentirent une joie indicible.

« Ils annoncèrent à Jacob : Joseph est en vie ! A cette nouvelle, Jacob se réveilla comme d'un pesant sommeil, et cependant il ne pouvait croire <sup>q</sup>. » Il me semble qu'on me raconte ici avec d'autres mots ce que je lis dans l'Évangile : « Celle-ci — il s'agit évidemment de Marie-

lugentibus et flentibus. Et illi, audientes quia viveret et visus  
 75 esset ab ea, non crediderunt. Post haec ostensus est duobus  
 143 A in via, et illi euntes nuntiaverunt ceteris, nec illis credide-  
 runt<sup>r</sup>. Item apud Lucam : *Et regressae a monumento nuntiaverunt haec omnia illis undecim et ceteris omnibus, et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, et non*  
 80 *crediderunt illis<sup>s</sup>*; nimirum quia evigilabant de gravi somno taedii et desperationis.

Cum autem vidisset, inquit, Iacob universa quae Ioseph miserat ei, revixit spiritus eius et ait : *Sufficit mihi si Ioseph filius meus vivit. Vadam et videbo eum, antequam moriar<sup>t</sup>*.  
 85 Sic utique in apostolis parum profecerunt verba, donec acceperunt munera. Nam et ipse Iesus cum se eis praesentem exhibuit, non tam persuasit ostensione corporis quam aspiratione muneris.

143 B 4. Scitis quia, cum venit ad eos ianuis clausis et stetit in  
 90 medio eorum, illi conturbati et conterriti existimabant se spiritum videre<sup>u</sup>. Cum autem insufflavit in eos dicens : *Accipite Spiritum sanctum<sup>v</sup>*, vel cum coelitus misit eundem Spiritum sed aliud donum, haec utique dona resurrectionis et vitae indubitata testimonia fuerunt et argu-  
 95 menta.

*Spiritus enim est, qui testificatur apud sanctorum corda et per eorum ora quoniam Christus est veritas<sup>w</sup>*, vera resurrectio et vita. Ideo et apostoli, qui prius dubitabant etiam post intuitum corporis viventis, post gustum Spiritus vivificantis *virtute magna reddebant testimonium resurrectionis<sup>x</sup>*. Adeo plus est corde Iesum concipere, quam

75-77 Post haec... crediderunt om. b || 77 regressae : egressae d || 80 crediderunt I : credebant M C || 82 vidisset, inquit I transp. M C || 91 insufflavit in eos : insufflasset in eis d || 93 dona om. d

r. Mc 16, 10-13 (Post haec autem duobus ex his ambulatibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam Vig) s. Lc 24, 9.11 t. Gen. 45, 27-28 u. Conflatur ex Jn 20, 26 et Lc 24, 36-37 v. Jn 20, 22-23 w. I Jn 5, 6 x. Act. 4, 33

Madeleine --- s'en alla porter la nouvelle à ceux qui avaient été ses compagnons, et qui étaient dans le deuil et les larmes. Mais eux, l'entendant dire qu'il était en vie et qu'elle l'avait vu, ne la crurent pas. Après cela, il se montra à deux disciples qui étaient en chemin et qui revinrent l'annoncer aux autres; mais on ne les crut pas non plus<sup>r</sup>. » Nous lisons aussi en saint Luc : « A leur retour du tombeau, elles racontèrent tout aux onze et à tous les autres, mais leurs paroles ne leur semblèrent que pur radotage, et ils ne les crurent pas<sup>s</sup>. » C'est qu'en vérité, ils s'éveillaient du pesant sommeil de la tristesse et du désespoir.

« Mais, poursuit le texte, quand Jacob vit tout ce que Joseph lui avait envoyé, son esprit se ranima et il dit : Cela me suffit, si Joseph, mon fils, est en vie ! J'irai le voir avant de mourir<sup>t</sup>. » Ainsi en fut-il des apôtres : les paroles eurent peu d'influence sur eux, jusqu'à ce qu'ils aient reçu ses dons. Jésus lui-même, lorsqu'il se rendit présent devant eux, réussit à les convaincre moins en leur montrant son corps, qu'en leur insufflant le Don qu'il leur faisait.

4. Comme vous le savez, quand il vint à eux, portes closes, et se tint debout au milieu d'eux, « ils furent troublés et effrayés, croyant voir un esprit<sup>u</sup> »; mais il souffla sur eux et leur dit : « Recevez le Saint-Esprit<sup>v</sup>. » Puis il leur envoya du ciel le même Esprit, mais par l'effet d'un nouveau don. Ce sont ces dons qui furent pour eux les témoignages et les preuves indubitables de sa résurrection et de son retour à la vie.

C'est l'Esprit en effet qui témoigne, d'abord dans le cœur des saints, puis par leur bouche, que « le Christ est la vérité<sup>w</sup> », la vraie résurrection et la vie. C'est pourquoi les apôtres, qui étaient d'abord restés dans le doute même après avoir vu son corps vivant, « rendirent témoignage avec une grande force à sa résurrection<sup>x</sup> », lorsqu'ils

143 C oculis videre vel auribus de ipso audire ; tantoque poten-  
 105 tior est operatio Spiritus apud sensus hominis interioris  
 quam corporalium apud sensus exterioris. Quis enim  
 dubietati relinquatur locus ubi qui testificatur et cui tes-  
 tificatur unus fuerit spiritus <sup>y</sup> ? Si unus spiritus, et unus  
 sensus parque consensus.

Tunc ergo vere sicut de Iacob legitur : Revixit eorum  
 spiritus, qui iam propemodum luctu erat extinctus, immo  
 110 desperatione sepultus. Tunc, nisi fallor, quisque eorum  
 dicebat sibi : *Sufficit mihi quod Ioseph meus vivit*, quia  
*vivere mihi Christus est et mori lucrum* <sup>z</sup>. Vadam igitur in  
 Galilaeam, in montem ubi constituit nobis Iesus <sup>a</sup>, et  
 videbo eum et adorabo antequam moriar, ut postea num-  
 115 quam moriar ; quia *omnis qui videt Filium et credit in*  
 143 D *eum habet vitam aeternam* <sup>b</sup>, *ut etiam si mortuus fuerit*  
*vivat* <sup>c</sup>.

5. Nunc ergo, fratres mei, quid vobis testatur gaudium  
 cordis vestri de amore Christi ? Puto equidem, an recte  
 120 vos videritis, quoniam si umquam amastis Iesum, seu  
 vivum seu mortuum sive redivivum, hodie, cum tam cre-  
 bro in Ecclesia personant et consonant nuntii resurrectio-  
 nis, cor vestrum in vobis gloriatur sibi et dicit : Nuntia-  
 verunt mihi dicentes, Iesus Deus meus vivit. Quo auditu  
 125 revixit spiritus meus qui dormitabat prae taedio vel lan-  
 guebat tepore, aut iamiam deficiebat pusillanimitate.  
 Nam et de morte suscitatur iucunda vox huius

108 vere sicut *transp. a* || 122 personant : resonant *d*

y. Cf. I Jn 5, 6-10    z. Phil. 1, 21    a. Matth. 28, 16    b. Jn 6, 40  
 c. Jn 11, 25

eurent goûté l'Esprit vivifiant. Il est donc bien plus  
 avantageux de concevoir Jésus dans son cœur que de le  
 voir de ses yeux ou de l'entendre parler, et l'opération  
 du Saint-Esprit est beaucoup plus puissante sur les sens  
 de l'homme intérieur, que l'impression des objets corpo-  
 rels sur ceux de l'homme extérieur. Quelle place, en  
 effet, reste-t-il au doute, lorsque celui qui témoigne et  
 celui qui reçoit ce témoignage ne sont qu'un seul et même  
 esprit <sup>y</sup> ? S'ils ne sont qu'un seul esprit, ils ont également  
 un seul sentiment et un seul assentiment.

C'est vraiment alors que, comme il est écrit de Jacob,  
 leur esprit se ranima, lui qui était déjà presque mort  
 sous l'effet du deuil, et même enseveli sous le désespoir !  
 Alors, me semble-t-il, chacun d'eux se disait à part soi :  
 « Cela me suffit, si mon Joseph vit ! Car pour moi, vivre,  
 c'est le Christ, et mourir m'est un gain <sup>z</sup>. J'irai donc en  
 Galilée, jusqu'à la montagne indiquée par Jésus <sup>a</sup>, et  
 je le verrai et l'adorerai avant de mourir, pour ne plus  
 jamais mourir par la suite. Quiconque en effet voit le  
 Fils et croit en lui, a la vie éternelle <sup>b</sup>, et fût-il mort,  
 vivra <sup>c</sup>. »

5. Maintenant donc, mes frères, en quoi la joie de votre  
 cœur est-elle un témoignage de votre amour du Christ ?  
 Pour moi, voici ce que je pense ; à vous de voir si j'ai  
 raison : si jamais vous avez aimé Jésus, vivant, mort,  
 puis rendu à la vie, en ce jour où, dans l'Église, les mes-  
 sagers de sa résurrection annoncent celle-ci et la pro-  
 clament d'un commun accord et à tant de reprises, votre  
 cœur se réjouit au-dedans de vous et dit : « On me l'a  
 annoncé, Jésus, mon Dieu, est en vie ! Voilà qu'à cette  
 nouvelle mon esprit se ranime, lui qui était assoupi de  
 tristesse, languissant de tiédeur, ou prêt à succomber au  
 découragement. En effet, le son de cet heureux message  
 parvient même à tirer de la mort les criminels. S'il en  
 allait autrement, il ne resterait plus qu'à désespérer et à

144 A felicis nuntii. Alioquin certe desperandus est, et oblivione  
sepeliendus, quem Christus regrediens ab inferis in infimo  
130 relinquit inferni. In hoc sane noveris quod spiritus tuus  
plene in Christo revixerit, si quod sequitur ex sententia  
dixerit : Sufficit mihi si Iesus vivit.

O vocem fidelem et plane dignam amicis Iesu ; o castis-  
simum affectum qui sic loquitur : Sufficit mihi si Iesus  
135 vivit. Si vivit vivo ; cum de ipso pendeat anima mea ;  
immo ipse sit vita mea, ipse sufficientia mea. Quid enim  
mihi deesse poterit si Iesus vivit ? Immo desint omnia  
alia, nihil interest mea, dummodo Iesus vivat. Ipse ergo,  
si placet ei, desim mihi ; sufficit mihi dummodo vivat ipse  
140 vel sibi. Cum sic amor Christi totum absorberit affectum  
hominis, ut negligens et immemor sui, non nisi Iesum  
144 B Christum et ea quae Iesu Christi sentiat ; tunc demum, ut  
arbitror, perfecta est in eo caritas. Huic utique qui sic  
affectus est non est onerosa paupertas ; iste non sentit  
145 iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem  
lucrum <sup>d</sup> deputat ; immo nec mori se putat, cum magis de  
morte ad vitam transire se sciat et fidenter dicat : *Vadam  
et videbo eum, antequam moriar.*

6. Nos tamen, fratres mei, licet non simus tantae nobis  
150 puritatis conscii, eamus nihilominus, eamus videre Iesum  
in montem Galilaeae coelestis, ubi constituit nobis. Eundo  
crescet affectus, et saltem perveniendo perficietur. Eundo  
via prius arcta et difficilis dilatatur, et virtus infirmis  
augetur. Ut enim nec Iacob nec aliquis de domo Iacob se  
155 excusaret a via, praeter alia munera missa sunt pauperi

132 Iesus : Iesus meus *d* || 138 ergo *I Mab.* : ego *M C* || 143 utique :  
itaque *d h*

ensevelir dans l'oubli celui que Jésus, en sortant des  
enfers, aurait laissé dans l'abîme. Tu seras en droit de  
reconnaître que ton esprit a pleinement recouvré la vie  
dans le Christ, s'il peut dire avec une conviction intime :  
« Cela me suffit, si Jésus est en vie. »

Comme cette parole exprime un attachement profond,  
qu'elle est digne des amis de Jésus ! Qu'elle est pure,  
l'affection qui parle ainsi : « Cela me suffit, si Jésus est  
en vie ! » S'il vit, je vis, car mon âme est suspendue à lui ;  
bien plus, il est ma vie, et tout ce dont j'ai besoin. Que  
peut-il me manquer en effet, si Jésus est en vie ? Quand  
bien même tout me manquerait, cela n'aurait aucune  
importance pour moi, pourvu que Jésus soit vivant. Si  
même il lui plaît que je me manque à moi-même, il me  
suffit qu'il vive, même si ce n'est que pour lui-même.  
Lorsque l'amour du Christ absorbe ainsi totalement le  
cœur de l'homme, de telle sorte qu'il se néglige et s'oublie  
lui-même et n'est plus sensible qu'à Jésus-Christ et à ce  
qui concerne Jésus-Christ, alors seulement la charité est  
parfaite en lui. Certes, à celui dont le cœur est ainsi  
touché, la pauvreté n'est plus à charge ; il ne ressent plus  
les injures, il se rit des opprobes, il ne tient plus compte  
de ce qui lui fait du tort, et il estime la mort comme un  
gain <sup>d</sup>. Il ne pense même pas qu'il meurt, car il a plutôt  
conscience de passer de la mort à la vie ; aussi dit-il avec  
confiance : « J'irai le voir avant de mourir. »

6. Quant à nous, mes frères, bien que nous ne puissions  
nous rendre témoignage d'une telle pureté, allons pour-  
tant, allons voir Jésus à la montagne de la Galilée céleste,  
au lieu qu'il nous a désigné. En avançant vers lui, notre  
amour grandira, et, au moins quand nous parviendrons  
au terme, il deviendra parfait. Lorsqu'on avance, la voie  
d'abord étroite et difficile s'élargit, et les faibles prennent  
de la force. En effet, pour que ni Jacob, ni aucun membre  
de sa maison ne s'excuse de faire le voyage, on envoya

- 144 C seni sumptus et vehicula, ne quis videlicet aut paupertatem causaretur aut infirmitatem. Caro Christi est viaticum, Spiritus vehiculum. Ipse est cibus, ipse *currus Israel et auriga eius* <sup>e</sup>. Cum perveneris, tua sunt optima quaeque  
 160 non Aegypti sed coeli; in optimo loco regni tuus Ioseph tibi requiem providit. Qui prius misit angelos, mulieres et apostolos, resurrectionis suae testes et nuntios, nunc ipse clamat e coelo: Ecce ego quem mortuum lugebatis hoc triduo, mortuus quidem fui propter vos sed ecce vivo <sup>f</sup>, et  
 165 *data est mihi omnis potestas in coelo et in terra* <sup>g</sup>. *Venite ad me omnes qui laboratis fame, et ego reficiam vos* <sup>h</sup>. *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paravi* <sup>i</sup>.  
 144 D Qui vos eo vocat ipse perducatur, ubi cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula.

157 est *I Mab.*: tibi *M C* || 159 optima quaeque *transp. d* || 166 omnes *I h om. M (exc. h) C* || 169 saecula *a b d g o*: saecula saeculorum *f h k saecula saeculorum. Amen. e*

e. II Rois 2, 12 f. Apoc. 1, 18 g. Matth. 28, 18 h. Matth. 11, 28 i. Matth. 25, 34. Citatur potius juxta introitum fer. iv intra octavas Paschae: « ... percipite regnum quod vobis paratum est. »

au pauvre vieillard, entre autres présents, les provisions et les chariots nécessaires. Nul ne pouvait donc alléguer sa pauvreté ou sa faiblesse. La chair du Christ est notre provision de voyage, et son Esprit le véhicule. Il est lui-même notre nourriture, il est « le char d'Israël et son conducteur <sup>e</sup> ». A ton arrivée, tu entreras en possession de tout ce qu'il y a de meilleur, non plus en Égypte, mais au ciel; c'est dans le lieu le meilleur du royaume que ton Joseph a pourvu à ton repos! Il a d'abord envoyé les anges, les femmes et les apôtres comme témoins et messagers de sa résurrection; et maintenant, il nous crie lui-même du haut du ciel: « Me voici, moi que vous avez pleuré comme un mort pendant ces trois jours. Je suis mort pour vous, il est vrai, mais me voici en vie <sup>f</sup>, et tout pouvoir m'a été donné au ciel et sur la terre <sup>g</sup>. Venez à moi, vous tous qui souffrez de la faim, et je vous restaurerai <sup>h</sup>. Venez, les bénis de mon Père, recevoir le royaume que je vous ai préparé <sup>i</sup>! » Là où il vous appelle, qu'il daigne aussi vous conduire, en ce lieu où il vit et règne avec le Père et l'Esprit-Saint dans tous les siècles.

## DE EODEM SERMO SECUNDUS

1. *Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima* <sup>a</sup>.

*Ego sum*, inquit Iesus, *resurrectio et vita* <sup>b</sup>. Ipse utique  
5 resurrectio prima, ipse et resurrectio secunda. Resurgens  
quippe *a mortuis primitiae dormientium* <sup>c</sup> Christus et  
sacramento suae resurrectionis operatus est nobis resur-  
145 A rectionem primam, et exemplo eiusdem suae resurrectio-  
10 nis operabitur nobis secundam. Prima enim est animarum,  
cum eas sibi conresuscitat in novitatem vitae <sup>d</sup>; secunda  
erit corporum, cum *reformabit corpus humilitatis nostrae  
configuratum corpori claritatis suae* <sup>e</sup> <sup>1</sup>. Recte igitur resur-  
rectionem et vitam Christus se profitetur quandoquidem  
15 ipsum vivamus; nunc quidem secundum ipsum in sancti-  
tate et iustitia, postmodum apud ipsum in beatitudine et  
gloria. Porro sicut resurrectio prima capitis nostri Domini  
Iesu Christi causa est et argumentum secundae resur-  
rectionis quae erit totius ipsius corporis <sup>2</sup>; sic unicuique

10 conresuscitat *I g*: resuscitat *M (exc. g) C* || 12 resurrectionem *praem*,  
in *k o* || 14 secundum *I (exc. b)*: secundum ipsum *b I C*

a. Apoc. 20, 6 (partem habet *Vlg*)    b. Jn 11, 25    c. I Cor. 15, 20  
d. Rom. 6, 4    e. Phil. 3, 21

1. « Resurrectiones duae, una prima, quae et nunc est et animarum est, alia secunda, quae non nunc, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est. » S. AUGUSTIN, *De Civ. Dei*, 20, 6; *CC* 48, 708 (*PL* 41, 666). « Prima resurrectio in hac vita est per remissionem peccatorum. » BÈDE LE VÉNÉRABLE, *In Apoc.*, 20, 6 (*PL* 93, 192).

2. « Resurrectionem enim christiani novimus in capite nostro jam factam,

## II<sup>o</sup> SERMON POUR LA RÉSURRECTION DU SEIGNEUR

1. « Heureux et saint celui qui participe à la première résurrection <sup>a</sup>! »

« Je suis la résurrection et la vie <sup>b</sup> », dit Jésus. Oui, il est lui-même la première résurrection, et aussi la seconde. Le Christ est ressuscité des morts, « prémices de ceux qui se sont endormis <sup>c</sup> ». C'est par le mystère de sa Résurrection qu'il a opéré notre première résurrection, et c'est sur le modèle de cette même Résurrection qu'il opérera notre seconde résurrection. La première est celle des âmes; elle a lieu quand il les ressuscite avec lui à une vie nouvelle <sup>d</sup>. La seconde sera celle des corps; elle aura lieu quand « il transfigurera notre corps de misère pour le rendre conforme à son corps de gloire <sup>e</sup> <sup>1</sup> ». C'est donc à bon droit que le Christ se proclame la résurrection et la vie, puisque c'est par lui et en lui que nous ressuscitons pour vivre en conformité avec lui et auprès de lui: à présent, en conformité avec lui en vivant dans la sainteté et la justice; plus tard, auprès de lui dans la béatitude et la gloire. En outre, de même que la première résurrection de notre Tête, le Seigneur Jésus-Christ, est la cause et le gage de la seconde résurrection qui sera celle de tout le Corps <sup>2</sup>, ainsi pour chacun d'entre nous,

et in membris futuram. Caput ecclesiae Christus est, membra Christi ecclesia. Quod praecessit in capite, sequetur in corpore. » S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps.* 65, 1; *CC* 39, 838 (*PL* 36, 786). Cf. *Enarr. in Ps.* 129, 7; *CC* 40, 1894-1895 (*PL* 37, 1700-1701). « Illa quippe Redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit. » S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Hom. in evang.*, 21, 2; *PL* 76, 1171 A. « Ecce cum Deo homines resurrexisset cognoscimus ... Si ergo membra nostri Redemptoris sumus, praesumamus in nobis quod gestum constat in capite. » *Ibid.*, 6; 1172 D. Cf. *Hom. in Ezech.*, 2, 8, 5; 1030 D.

20 nostrum prima resurrectio animae, qua reviviscit a morte  
 peccati, argumentum est et causa secundae suae resur-  
 145 B rectionis, qua corpus liberabitur non modo a corruptione  
 mortis sed etiam ab omni corruptibilitate mortalitatis <sup>1</sup>.  
 Quod enim haec illius argumentum et causa sit evidenter  
 25 Apostolus ostendit ubi ait : *Si Spiritus Christi habitat in*  
*vobis qui suscitavit Iesum a mortuis, vivificabit et mortalia*  
*corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis <sup>1</sup>.*  
 2. Bene igitur dicitur : *Beatus et sanctus qui habet par-*  
*tem in prima resurrectione <sup>g</sup>* ; sanctus videlicet propter  
 30 primam, quam iam adeptus est per innovationem ani-  
 mae ; beatus propter secundam, quam feliciter expectat  
 in corporis restitutione. Denique unde beatus sit eadem  
 aperit Scriptura cum subdit : *In his scilicet qui partem*  
 habent in prima resurrectione *mors secunda non habet*  
 35 *potestatem <sup>h</sup>*, etiamsi prima mors visa est ad horam in eis  
 145 C exercuisse dominationem. *Regnavit quippe mors ab Adam*  
*usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in simi-*  
*litudinem praevaricationis Adae <sup>1</sup>.* Sed sicut *Christus sic et*  
*christianus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi*  
 40 *ultra non dominabitur <sup>1</sup>.* Itaque in beatis illis nec mors  
 secunda potestatem habebit, nec prima potestatem quam  
 ad tempus habuit retinebit, quoniam mors una Christi  
 utramque nostram triumphavit, ab ista liberans iam

24 evidenter Apostolus *I transp. M C* || 26 Iesum *I* : Christum *M C* || 27  
 vestra : nostra *k* || Spiritum eius *transp. d* || 29 prima resurrectione *transp. b*  
 d h || 37 etiam : et *d* || similitudinem : similitudine *d f* || 43 liberans iam  
 captos : iam capt. lib. *d*

f. Rom. 8, 11 g. Apoc. 20, 6 h. *Ibid.* (secunda mors VIg) i. Rom.  
 5, 14 j. Rom. 6, 9 (ex mortuis VIg)

1. « ... etiam in corpore perficietur, quod nunc spiritu inchoatur. » S. Au-

la première résurrection de l'âme, résurrection qui nous ramène à la vie après la mort du péché, est également le gage et la cause de notre seconde résurrection, qui délivrera notre corps non seulement de la corruption et de la mort, mais de tout ce que la condition mortelle comporte de corruptible <sup>1</sup>. Que la première de ces résurrections soit le gage et la cause de la seconde, l'Apôtre nous le montre avec évidence en disant : « Si l'Esprit du Christ habite en vous, celui qui a ressuscité Jésus d'entre les morts vivifiera aussi vos corps mortels, à cause de l'Esprit de Jésus qui habite en vous <sup>f</sup>. »

2. C'est donc avec raison qu'il est dit : « Heureux et saint celui qui participe à la première résurrection <sup>g</sup> ! » Il est saint en effet, en raison de cette première résurrection déjà obtenue par le renouvellement de son âme, et il est heureux en raison de la seconde qu'il attend dans la joie et qui lui restituera son corps. Ce même passage de l'Écriture nous révèle aussi la cause de sa béatitude, en ajoutant : « La seconde mort n'aura pas de pouvoir <sup>h</sup> » sur ceux qui participent à la première résurrection, même si pour un temps la première mort a semblé les soumettre à son empire. D'Adam à Moïse, en effet, « la mort a régné même sur ceux qui n'avaient point péché d'une transgression semblable à celle d'Adam <sup>1</sup> ». Mais, comme le Christ, le chrétien qui ressuscite des morts « ne mourra plus, et la mort n'exercera plus de pouvoir sur lui <sup>1</sup> ». C'est pourquoi la seconde mort n'aura plus de pouvoir sur les bienheureux, et la première ne gardera pas celui qu'elle a exercé momentanément. L'unique mort du Christ, en effet, a triomphé de l'une et de l'autre. Elle délivre de la première ceux qui en sont déjà captifs, et de la seconde ceux qui étaient destinés à en être les

GUSTIN, *De peccatorum meritis et remissione*, 2, 9 ; *PL* 44, 156. Cf. *Contra duas epist. Pelagianorum*, 3, 5 ; *PL* 44, 590-591.

captos, ab illa capiendos ; ne videlicet in illam incidamus,  
45 nec in ista remaneamus <sup>1</sup>.

Quam vera, quam pia simul et magnifica illa morientis  
comminatio : *Ero mors tua, o mors* <sup>k 2</sup>. Quam pulchre et  
145 D mirifice triumphavit qui mortem pro omnibus gustans  
tam suam quam omnium omnimodam mortem absorbit.  
50 Prorsus *absorpta est mors in victoria* <sup>1</sup>. Securus insultet ei,  
quicumque beatus ille est *qui partem habet in resurrectione*  
*prima : Ubi est mors victoria tua ? Ubi est mors stimulus*  
*tuus* <sup>m</sup> ? Victa es quae omnia vincebas, sed et arma perdi-  
disti in quibus confidebas. Ubi est enim stimulus tuus ?  
55 Stimulus mortis peccatum <sup>n</sup>, quod semel pungens humani  
radicem generis, in totam propaginem immedicabile mor-  
tis venenum diffudit <sup>3</sup>, dicente Apostolo, quia *per unum*  
*hominem peccatum et per peccatum mors, et ita in omnes*  
146 A *homines pertransiit* <sup>o</sup>. Victrix ergo regnabat mors ab  
60 Adam primo etiam usque ad secundum ; quoniam sicut  
originali lege tenebatur universum genus humanum vin-  
culo peccati, sic etiam debito moriendi.

3. *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam* tam pec-  
cati quam mortis, utique *per Dominum Iesum Christum* <sup>p</sup>,  
65 qui prorsus a peccato immunis ac per hoc liber a debito  
mortis, hanc tamen ultro pro nobis exsolvit moriens et

<sup>51</sup> quicumque beatus ille est : quic. be. est ille *d* be. ille quic. est *h* || 60  
ad *I M om. C*

k. Os. 13, 14    l. I Cor. 15, 54    m. I Cor. 15, 55    n. I Cor. 15, 56  
o. Rom. 5, 12 (pertransiit : *praem.* mors Vlg)    p. I Cor. 15, 57

1. Sur le thème de la double mort, cf. Ps. AMBROISE, *In Ep. ad Rom.*  
(sur 5, 12) ; PL 17, 92 D. S. BERNARD, *De diversis*, 116 ; PL 183, 741.

2. Cf. la note au § 3, l. 68, du *II<sup>e</sup> Sermon pour les Rameaux*.

3. « Quia secundum propaginem carnis in illo eramus omnes, antequam

captifs. Elle nous préserve donc de tomber dans la  
seconde, et nous empêche de rester au pouvoir de la  
première <sup>1</sup>.

Qu'elle est vraie, et tout ensemble miséricordieuse  
et magnifique, cette menace du Christ mourant : « O  
mort, je serai ta mort <sup>k 2</sup> ! » Quel noble et glorieux  
triomphe : en goûtant pour nous tous la mort, il a englouti  
sa propre mort et la nôtre sous toutes ses formes ! Oui,  
« la mort a été engloutie dans la victoire <sup>1</sup>. » Quiconque  
« a le bonheur de participer à la première résurrection »  
peut en toute sécurité ironiser et dire : « Où est-elle, ô  
mort, ta victoire ? Où est-il, ton aiguillon <sup>m</sup> ? » Te voilà  
vaincue, toi qui vainquais tout le monde. Tu as même  
perdu les armes dans lesquelles tu mettais ta confiance.  
Où est-il donc, ton aiguillon ? L'aiguillon de la mort,  
c'est le péché <sup>n</sup> qui, en piquant une seule fois la racine  
du genre humain, a répandu <sup>3</sup> dans tous ses rejets le  
venin incurable de la mort, comme le dit l'Apôtre : « Par  
un seul homme, le péché est entré dans le monde, et par  
le péché la mort, qui a ainsi passé en tous les hommes <sup>o</sup>. »  
La mort régnait donc, victorieuse, depuis le premier  
Adam jusqu'au second, car le genre humain tout entier,  
enserré dans les liens du péché en vertu de sa condition  
originelle, avait de même contracté une dette envers  
la mort.

3. Mais « rendons grâces à Dieu de nous avoir donné  
la victoire » sur le péché et sur la mort, « par le Seigneur  
Jésus-Christ <sup>p</sup> ! » Il était, certes, exempt de tout péché,  
et par là libre de toute dette envers la mort. Mais il voulut  
cependant acquitter celle-ci pour nous en mourant, et

nati essemus, tamquam in parente, tamquam in radice ibi eramus ; sic  
venenata est ista arbor, ubi eramus. » S. AUGUSTIN, *De baptismo parvulorum*,  
15 ; PL 38, 1344. « Stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam  
in radice vitlaverat, poena mortis et damnationis obstrinxit. » *Enchiridion*,  
26 ; PL 40, 245.



peccato nos absolvit resurgens. *Christus enim, ait Apostolus, mortuus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram*<sup>q</sup>. Moriens namque delictorum nostrorum pendit poenam, et resurgens iustificationis perpetuae nobis condidit formam et causam<sup>1</sup>; ut quomodo videlicet *Christus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*<sup>r</sup>, sic christianus conresurgens Christo iam non peccet ad mortem, nec ei peccatum ultra dominetur.

Hic est ille *beatus et sanctus qui partem habet in resurrectione prima*, in quem nec potestatem habebit mors secunda<sup>s</sup>, sed absorbebitur in victoria resurrectionis Christi etiam mors prima. Hic est qui non solum agnovit sed etiam apprehendit *virtutem resurrectionis Christi et societatem passionis illius, configuratus morti eius* ut occurrat ad resurrectionem ex mortuis<sup>t</sup>. Non errabat Apostolus, qui ob lucrum istud omnia quae ei lucra fuerant non solum detrimenta reputabat, sed etiam velut stercore arbitratur, tantum ut in Christo inveniretur<sup>u</sup>, configuratus sicut morti sic et resurrectioni ipsius. Lucrosus omnino commercium contemnere ea quae te deterunt et polluunt ut lucrifacias Christum; immo, si opus sit, non solum tua sed et teipsum superimpendere, ut cum tanto faenore immortalitatis et gloriae teipsum merearis recipere. Quis enim ambigat lucrosus esse commercium seminare corpus mortale, animale, ignobile, ut surgat

<sup>q</sup> pendit a b d e<sup>sc</sup> f g k<sup>ac</sup> o : pependit h e<sup>sc</sup> k<sup>vc</sup> pendit Mab. || iustificationis perpetuae transp. d perpetuae om. h || <sup>76</sup> partem habet transp. k || <sup>87</sup> te om. b d

<sup>q</sup> Conflatur ex I Cor. 15, 3 et Rom. 4, 25 r. Rom. 6, 9 s. Apoc. 20, 6 t. Phil. 3, 10-11 u. Phil. 3, 8-9

en ressuscitant il nous délivra du péché. « Le Christ en effet, dit l'Apôtre, est mort à cause de nos péchés, et il est ressuscité pour notre justification<sup>q</sup>. » En mourant, il acquitta la peine due à nos péchés, et en ressuscitant, il établit l'exemplaire et la cause<sup>1</sup> de notre éternelle justification. « Le Christ donc, une fois ressuscité des morts, ne meurt plus, et la mort n'a plus de pouvoir sur lui<sup>r</sup> »; pareillement, le chrétien, une fois ressuscité avec le Christ, ne commettra plus de péché allant à la mort, et le péché n'aura plus à l'avenir pouvoir sur lui.

Le chrétien est donc « ce bienheureux et ce saint qui participe à la première résurrection », sur qui la seconde mort n'aura pas de pouvoir<sup>s</sup>, et pour qui la première mort elle-même sera absorbée dans la victoire de la Résurrection du Christ. Il est celui qui n'a pas eu seulement connaissance de « la puissance de la Résurrection du Christ et de la communion à sa passion », mais qui les a mises en œuvre et « s'est rendu conforme à la mort du Christ pour parvenir à la résurrection d'entre les morts<sup>t</sup> ». L'Apôtre ne faisait pas un mauvais calcul lorsque, pour ce gain, il regardait tous ses autres avantages non seulement comme une perte, mais même comme de l'ordure, dans le seul but d'être trouvé dans le Christ<sup>u</sup>, configuré à sa résurrection après l'avoir été à sa mort. C'est un échange bien avantageux que de mépriser tout ce qui te désavantage et te souille, pour gagner le Christ ! Bien plus, si c'est nécessaire, de dépenser non seulement tous tes biens, mais encore toi-même, pour te recouvrer toi-même avec ces intérêts immenses que sont l'immortalité et la gloire. Qui donc, en effet, douterait que ce ne soit un échange avantageux de semer un corps mortel, animal et sans noblesse, pour qu'il ressuscite immortel,

1. Cf. Ps. AMBROISE, *In Ep. ad Rom.* (sur 4, 25); PL 17, 88 B. « Passus est ut redimeret, resurrexit ut justificaret. » S. AELRED, *In Asc. Dom.* : *Sermones inediti*, éd. C. H. Talbot, p. 102.

immortale, spiritale, gloriosum <sup>v</sup> ; mori mundo ut possis dicere : *Mihi vivere Christus est et mori lucrum* <sup>w</sup> ?

- 95 O cupidi, qui immoramini studio lucrandi, cur non discitis artem lucrandi ? Cur non vilia, immo detrimenta et stercora contemnitis, ut Christum lucrificatis ? *Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum*
- 146 D *non in saturitate* <sup>x</sup> ? Ut video, vilior est vobis argento
- 100 *vestro panis ille qui de coelo descendit, et dat vitam mundo* <sup>y</sup>. Sed non potest scire quanti sit, qui non vult gustare qualis sit. Utinam avarus vel ipse sibi pretiosior esset pecunia sua, nec amore illius venalem exponeret animam suam proiceretque in vita sua intima sua <sup>z</sup>. Prudens ille negotiator dignusque rerum aestimator, Paulum nimirum loquor, qui nec animam suam, id est animale sensua-lemque vitam, pretiosorem facit seipso <sup>a</sup>, id est spiritu suo, quo videlicet connexus inhaerebat Christo ; paratus animam perdere ut in vitam aeternam posset eam custodire <sup>b</sup>.
- 110
- 147 A 4. Quia igitur qui divitias habent difficile intrant in regnum coelorum <sup>c</sup>, et qui thesaurizant argentum citius appendunt illud in manibus quam in panibus, *in azymis dico sinceritatis et veritatis* <sup>d</sup>, cum quibus hodie comedendus est Agnus paschalis ; vos beati pauperes, filii pauperis Crucifixi, vos inquam *qui non habetis argentum, properate, emite et comedite* <sup>e</sup>. Promptius omnino et facilius emunt bonum illud nihil habentes quam multa possidentes <sup>f</sup>. Cum deest facultas sufficit ad emendum bona voluntas,

106-107 id est animale... seipso om. b

v. I Cor. 15, 43-46    w. Phil. 1, 21    x. Is. 55, 2    y. Jn 6, 33  
z. Sir. 10, 10    a. Act. 20, 24    b. Jn 12, 25    c. Lc 18, 24    d. Is.  
55, 2. I Cor. 5, 8    e. Is. 55, 1    f. II Cor. 6, 10

spirituel et glorieux <sup>v</sup> ; de mourir au monde afin de pouvoir dire : « Vivre, pour moi, c'est le Christ, et mourir m'est un gain <sup>w</sup> » ?

Hommes avides ! Pourquoi en restez-vous au désir de gagner ? Pourquoi n'en pas apprendre l'art ? Pourquoi ne méprisez-vous pas ce qui est sans valeur, bien plus, désavantageux et de l'ordure, pour gagner le Christ ? « Pourquoi dépenser votre argent pour autre chose que du pain, et votre peine pour ce qui ne rassasie pas <sup>x</sup> ? » Il me semble que « le pain descendu du ciel pour donner la vie au monde <sup>y</sup> » a moins de valeur à vos yeux que votre argent ! Mais il ne peut l'estimer à sa juste valeur, celui qui ne veut pas goûter à sa qualité. Si seulement l'avare estimait sa personne plus précieuse que sa fortune ! S'il pouvait ne pas mettre son âme en vente par amour de l'argent, et tant qu'il est en vie, ne pas s'arracher les entrailles <sup>z</sup> ! C'était au contraire un commerçant avisé, un expert averti de la valeur des choses, que cet homme — je parle évidemment de Paul — qui n'estimait pas que son âme — c'est-à-dire sa vie animale et sensible — valait plus que lui-même <sup>a</sup> — c'est-à-dire que son esprit, avec lequel il ne faisait qu'un et par lequel il adhérait au Christ. Il était prêt à perdre son âme, afin de pouvoir la conserver pour la vie éternelle <sup>b</sup>.

4. Ainsi donc, celui qui a des biens entre difficilement dans le royaume des cieux <sup>c</sup>, et celui qui a de l'argent préfère le soupeser dans ses mains plutôt que d'acheter ces pains — je veux dire ces « azymes de la sincérité et de la vérité <sup>d</sup> » — avec lesquels on doit manger aujourd'hui l'Agneau pascal. Aussi, heureux êtes-vous, pauvres, fils du Pauvre, du crucifié ; « vous qui n'avez pas d'argent, dis-je, accourez, achetez et mangez <sup>e</sup> ! » Assurément, on achète plus facilement et plus aisément ce pain quand on n'a rien que lorsqu'on possède beaucoup <sup>f</sup>. A défaut de ressources, la bonne volonté y suffit, et celle-ci abonde

120 qua plerumque sunt ditiores qui rebus sunt pauperiores.  
 Hos nimirum recte invitat Scriptura : *Venite, emite absque*  
*argento et absque ulla commutatione vinum et lac* <sup>g</sup>. Vides,  
 147 B o felix pauper, solam a te voluntatem bonam exigi, in illa  
 sola rationem tanti constare commercii ? Ne recuses ingrat-  
 125 tus, quod tam gratis offertur ; immo ne perdas ingrata  
 voluntate, quod iam merueras beata paupertate. Agnosce  
 quanti lucri sit non habere partem in ruina mundi, ut  
 partem habeas in resurrectione Christi. Intellige quantae  
 felicitatis sit non inebriari luxu et furore saeculi, ut cum  
 130 Christo novum bibas vinum in regno Patris sui <sup>h</sup>.

Invitat ipse Agnus paschalis amicos ad delicias corporis  
 et sanguinis sui : *Comedite*, inquiens, amici, *bibite et inebriamini, carissimi* <sup>i</sup>. Cibus iste et potus vitae est mysterium, immortalitatis medicamentum, causa resurrectionis  
 135 primae pignusque secundae, quia divinae plane in nobis  
 initium substantiae. *Participes*, inquit Apostolus, *Christi*  
 147 C *effecti sumus, si tamen initium substantiae eius usque in*  
*finem firmum retineamus* <sup>j</sup>.

Qui enim post acceptam gratiam ad vomitum suum  
 140 revertitur <sup>k</sup>, *divitias quas devoravit evomet, et de ventre*  
*illius extrahet eas Deus. Vel certe panis eius in utero illius*  
*vertetur in fel aspidum intrinsecus* <sup>l</sup>, quia nimirum gratia  
 percepta in poenam conscientiae vertitur ; cum sanguis  
 testamenti quo sanctificatus quis fuerat pollutus ducitur,  
 145 et spiritui gratiae contumelia irrogatur <sup>m</sup>. Hoc contemptu  
 et nausea divitiae devoratae evomuntur ; ita ut de eo qui

137 in I : ad M C

g. Is. 55, 1      h. Matth. 26, 29      i. Cant. 5, 1      j. Hébr. 3, 14  
 k. Prov. 26, 11      l. Job 20, 14, 15      m. Hébr. 10, 29

généralement davantage chez ceux qui sont plus pauvres de biens matériels. Au reste, ce sont eux que l'Écriture invite, comme il sied : « Venez, achetez du vin et du lait sans argent et sans monnaie d'échange <sup>g</sup>. » Tu le vois, bienheureux pauvre : on n'exige de toi que la bonne volonté, elle constitue à elle seule la somme nécessaire pour un commerce si avantageux. Ne refuse pas, en ingrat, ce qu'on t'offre si gracieusement, et surtout ne perds pas, par une volonté récalcitrante, ce que tu avais déjà mérité par une béatifiante pauvreté. Reconnais donc combien il est avantageux de ne pas prendre part à ce qui ruine le monde, afin de participer à la Résurrection du Christ ! Comprends quel bonheur il y a à ne pas t'enivrer de la volupté et de la folie du siècle, pour boire avec le Christ le vin nouveau dans le royaume de son Père <sup>h</sup> !

L'Agneau pascal invite lui-même ses amis au banquet délicieux de son corps et de son sang en disant : « Venez, mes amis, buvez, et enivrez-vous, mes bien-aimés ! ! » Cette nourriture et ce breuvage sont le mystère de vie, le remède d'immortalité, la cause de la première résurrection et le gage de la seconde, parce qu'ils sont en nous le commencement de la nature divine. L'Apôtre dit en effet : « Nous sommes entrés en participation du Christ, si toutefois nous gardons en nous fermement, jusqu'à la fin, le commencement de sa substance <sup>j</sup>. »

En effet, si quelqu'un, après avoir reçu la grâce, retourne à son vomissement <sup>k</sup>, « il vomira les richesses qu'il avait englouties, et Dieu les retirera de son ventre. » Et certainement, « son pain se changera dans ses entrailles en fiel d'aspic, dans son intérieur <sup>l</sup> », car la grâce reçue se transforme en tourment pour la conscience, quand on traite indignement le sang de l'Alliance qui nous avait sanctifié et que l'on outrage l'Esprit de grâce <sup>m</sup>. Ce mépris, cette nausée, nous font vomir les richesses que nous avons englouties, et l'on peut dire d'un tel homme : « Il n'a rien

eiusmodi est dicatur : *Non remansit quidquam de cibo eius, et propterea nihil permanebit de bonis illius* <sup>n</sup>.

- 147 D 5. Videat autem ne forte et ipsum terribilis ista  
 150 perstringat sententia, qui cum per gratiam devotionis repletus fuerit in bonis domus Dei, nihil prorsus ex illis in memoria retinet, ut memoriam abundantiae suavitatis divinae nobis eructet °; non saporem in sermonibus tamquam gustum in faucibus; non virtutem in moribus tamquam sucum in visceribus, sed dum statim totum per inania vel scurrilia revomit, gratiam sibi in iram convertit. Prorsus in iram et iram terribilem, si in ipsum cadit quod Scriptura contexit dicens : *Cum satiatus fuerit arctabitur, et irruet in eum omnis dolor. Utinam impleatur venter eius*  
 160 *ut emittat in eum iram furoris sui, et pluat super eum bellum suum* <sup>p</sup>. Iustum quippe sentiebat atque consentiebat propheta, ut pluat super peccatores bellum, qui ad pluviam voluntariam fructum pacis non retulerunt; sitque ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum <sup>q</sup>,  
 165 qui calicem Domini indigne biberunt <sup>r</sup>. *Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem et generans herbam opportunam, accipit benedictionem; proferens autem spinas et tribulos, reproba est et maledicto proxima; cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis, fratres,*  
 170 *meliora et viciniore salutis* <sup>s</sup>.

Tantum gratiae Dei grati sitis, et sicut in novam creaturam translati estis paschalibus remediis, sic in novitate vitae semper ambuletis <sup>t</sup>. Qui ergo participes Christi

160 eum <sup>2</sup> : illum <sup>pro</sup> g || 166 super se I h om. M (ecc. h) C || 172 remediis I : mysteriis M C

n. Job 20, 21 (om. quidquam; bonis eius VIg) o. Ps. 144, 7 p. Job 20, 22.23 (arctabitur; aestuabit et omnis dolor irruet super eum VIg) q. Ps. 10, 7 r. I Cor. 11, 27 s. Hébr. 6, 7-9 (venientem bibens imbrem BCI) t. Rom. 6, 4

gardé de la nourriture qu'il avait prise, c'est pourquoi il ne lui restera rien de ses biens <sup>n</sup>. »

5. Mais qu'il examine lui aussi s'il n'est pas également atteint par cette terrible sentence, celui qui, après avoir été comblé des biens de la maison de Dieu par la grâce de la dévotion, n'en a rien gardé dans sa mémoire afin d'en faire rejaillir pour nous le souvenir de la grande douceur de Dieu °; qui n'en a pas gardé non plus la saveur dans ses paroles, comme on garde un goût sur le palais; ni la vertu dans sa conduite, comme une liqueur ayant pénétré ses entrailles. Au contraire, immédiatement, il a tout vomi en paroles vaines ou en plaisanteries, et il a ainsi changé la grâce reçue en colère. En colère assurément, et en colère redoutable, s'il lui advient ce qu'ajoute le texte de l'Écriture : « Après avoir été rassasié, il trouvera l'angoisse, et toute douleur fondra sur lui. Que son ventre se remplisse donc, et que le Seigneur envoie sur lui toute la fureur de son courroux et fasse tomber en pluie, sur lui, la guerre <sup>p</sup>. » En effet, le Prophète estimait juste et admettait que la guerre tombât en pluie sur les pécheurs, car, ayant reçu une pluie bienfaisante, ils n'avaient pas porté le fruit de la paix. « Feu, soufre et tempête, voilà quel sera leur calice <sup>q</sup> », pour avoir bu indignement le calice du Seigneur <sup>r</sup>. « En effet, la terre abreuvée par des pluies fréquentes et qui produit des plantes utiles, reçoit la bénédiction; mais si elle donne des épines et des chardons, elle est réprouvée et encourt bientôt la malédiction. Elle finira par être brûlée. Mais en ce qui vous concerne, mes frères, nous avons confiance que vous êtes dans une voie meilleure et plus favorable au salut <sup>s</sup>. »

Soyez seulement reconnaissants envers la grâce de Dieu. Les remèdes de Pâques vous ont changés en une nouvelle créature : marchez toujours aussi dans une vie nouvelle <sup>t</sup>. Vous êtes devenus participants du Christ en

effecti estis societate fidei, participatione sacramenti,  
 175 communione Spiritus sancti, *initium substantiae eius non*  
 148 B *solum usque ad finem firmum retinere* <sup>u</sup> *sed etiam sedulo*  
*augere nitimini; ut qui per tot munerum praerogativas*  
*partem habere coepistis in resurrectione prima, tanti*  
 180 *fiducia pignoris in die agnitionis reassignati, ius vobis*  
*perpetuum vendicetis in resurrectione secunda; prae-*  
*stante Domino Iesu Christo resurrectione et vita* <sup>v</sup> *nostra,*  
*qui pro nobis mortuus per triduum iam vivit et regnat per*  
*omnia saecula saeculorum. Amen.*

179 vobis perpetuum *transp. a* || 181 Domino *I h* : Domino nostro  
*M(exc. h) C*

u. Hébr. 3, 14      v. Jn 11, 25

entrant dans la communauté de la foi, en participant au sacrement, en communiant à l'Esprit-Saint : efforcez-vous donc non seulement de retenir fermement jusqu'à la fin « le commencement de sa nature <sup>u</sup> », mais efforcez-vous encore avec grand soin de l'augmenter. Ayant déjà eu part à la première résurrection grâce à tant de privilèges qui vous ont été accordés, vous pourrez, avec l'assurance d'un tel gage mis en réserve pour le jour du jugement, revendiquer pour vous un droit perpétuel à la seconde résurrection. Daigne le Seigneur Jésus-Christ, notre résurrection et notre vie <sup>v</sup>, nous l'accorder, lui qui, mort pour nous pendant trois jours, vit et règne maintenant dans tous les siècles des siècles. Amen.

## DE EODEM SERMO TERTIUS

148 C 1. *Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima*<sup>a</sup>.

*Primitiae dormientium Christus*<sup>b</sup>, *primogenitus ex mortuis*<sup>c</sup>, qui sua resurrectione, quae prima est omnium, et primam nobis resurrectionem animarum et secundam corporum dedicavit<sup>1</sup>; dum in suo corpore, quod suscitavit a mortuis, et animabus sacramentum et corporibus exemplum resurgendi initiavit<sup>2</sup>. Sed et animabus ipsis duplicem gratiam resurrectionis simplex Christi resurrectio praeparavit, dum et cotidie reviviscunt a morte peccati per operationem mysterii, et hodie maxime resurgunt a somno torporis per devotionem gaudii<sup>3</sup>. Quis enim ille tam piger aut tepidus, qui hodie audiens vocem illam omni gaudio plenam, *Resurrexit Dominus*<sup>d</sup>, non totus in exultationem suscitetur, non totus reviviscat et recalescat spiritu? Immo et *cor meum et caro mea exultaverunt*, inquit, *in Deum vivum*<sup>e</sup>, qui totus concideram in moerorem ac desperationem Iesum aspiciens mortuum. Non mediocri lucro fidei nec parvo faenore gaudii Iesus mihi de sepulchro redit; dum et Deus vivus agnoscitur, qui paulo ante ut homo mortuus lugebatur, et quem occisum cor meum dolebat, iam in eum vivum

<sup>1</sup> suo corpore *I M transp. C* || 14 ille *I M (exc. g) om. C g* || 16 exultationem *I M (exc. f)* : exultatione *f C*

a. Apoc. 20, 6    b. I Cor. 15, 20    c. Col. 1, 18    d. Resp. breve infra octavas Paschae  
e. Ps. 83, 3

1. Cf. la note au § 1, l. 12 du II<sup>e</sup> Sermon pour la Résurrection.  
2. Cf. la note au § 1, l. 19 du II<sup>e</sup> Sermon pour la Résurrection.

## III<sup>e</sup> SERMON POUR LA RÉSURRECTION DU SEIGNEUR

1. « Heureux et saint celui qui participe à la première résurrection<sup>a</sup> ! »

 30 veluti prorsus suae oblitus maiestatis et velut iniuriam faciens sibi, nisi quia gloria est caritatis humiliare se pro amicis, dignatione ineffabili Dominus, et talis Domi-  
 155 B nus, pedes servorum lavit; uno opere condens eis et humilitatis exemplum et remissionis sacramentum.

35 2. Tunc denique post exhortationem prolixioris sermonis Patri eos commendans, sublevatis in coelum oculis, inter cetera sic ait: *Pater, cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo; et nemo ex his periit nisi filius perditionis. Nunc autem ad te venio. Serva eos in*  
 40 *nomine tuo quos dedisti mihi. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo*<sup>f</sup>; et cetera quae non est huius temporis retexere, multo minus exponere. Summa tamen orationis, sicut textus indicat lectionis, in his tribus est in quibus et summa salutis est, immo et per-  
 45 fectionis, ut nihil possit addi: scilicet ut a malo serventur, ut in veritate sanctificentur, ut cum ipso glorificentur.  
 155 C *Pater, inquit, quos dedisti mihi volo, ut ubi ego sum et ipsi sint mecum, ut videant claritatem meam* g.

O felices, quorum advocatus ipse iudex est, pro quibus  
 50 orat qui pari honore cum eo quem orat adorandus est. *Voluntate labiorum eius non fraudabit eum*<sup>h</sup> Pater, cum quo est ei una voluntas et una potestas, *quia unus Deus est*<sup>i</sup>. Omnino quod Christus orat impleri necesse est, cuius sermo virtus est et voluntas effectus; qui de omni-

<sup>43</sup> in his tribus est in quibus et summa salutis est: I: est in his tr. in quibus et sum. sal. *M C Mab.* || <sup>47</sup> ego sum I *transp. M C*; sed lectiones plerumque commutantur in l. 56 || <sup>51</sup> fraudabit I *g*: fraudavit *M (exc. g) C*

f. Jn 17, 11-15. Cf. resp. ut sub a g. Jn 17, 24 h. Ps. 20, 3 i. Mc 12, 32

sa charité! Pour les consoler de son départ, il inventait ce nouveau mode de présence; ainsi, tout en les quittant et en leur ôtant sa présence corporelle, il restait non seulement avec eux, mais même en eux, par la vertu du sacrement. Alors, comme s'il avait complètement oublié sa majesté, et se faisant pour ainsi dire injure à lui-même — mais c'est un honneur pour qui aime de s'abaisser pour ses amis! — le Seigneur, et quel Seigneur! par une condescendance ineffable, lava les pieds de ses serviteurs. Par ce seul acte, il instituait pour eux à la fois un modèle d'humilité et un sacrement du pardon.

2. Enfin, après les avoir encouragés par un long discours, il les recommanda à son Père, et, les yeux levés au ciel, entre autres choses, il dit: « Père, lorsque j'étais avec eux, je les gardais en ton nom, et aucun d'eux n'a péri, si ce n'est le fils de perdition. Maintenant, je viens à toi. Garde-les en ton nom, ceux que tu m'as donnés. Je ne te demande pas de les retirer du monde, mais de les garder du mal<sup>f</sup> », et la suite, que ce n'est pas le moment de citer, et encore moins de commenter. Cependant, comme l'indique le texte de ce passage, sa prière se résume en trois choses, dans lesquelles se résume aussi l'œuvre du salut et même de la perfection, si bien qu'il ne reste rien à ajouter: à savoir, qu'ils soient délivrés du mal, sanctifiés dans la vérité, glorifiés avec lui. « Père, dit-il, je veux que ceux que tu m'as donnés, ils soient avec moi là où je suis, et qu'ils voient ma gloire g. »

Heureux disciples, qui ont pour avocat leur juge en personne, et pour intercesseur celui qu'on doit adorer au même titre que le Père auquel il adresse sa prière! Le Père ne refusera pas de satisfaire le désir exprimé par ses lèvres<sup>h</sup>, car il a avec lui une seule volonté et une seule puissance, étant un seul Dieu<sup>i</sup>. Toute prière du Christ doit nécessairement s'accomplir, car sa parole est puissance et sa volonté efficacité. Toutes choses en effet

55 bus quae sunt dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt <sup>l</sup>.  
 Volo, inquit, ut ubi ego sum, et illi sint mecum <sup>k</sup>. O quanta  
 securitas fidelium, quanta fiducia credentium; tantum  
 155 D non abiciant gratiam quam acceperunt. Non enim solis  
 apostolis proposita est haec securitas vel condiscipulis  
 60 eorum, sed omnibus qui per eorum verbum credituri  
 sunt in Dei Verbum. Non pro his, inquit, rogo tantum,  
 sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me <sup>l</sup>.

3. Vobis autem, fratres, donatum est, ut ait Apostolus,  
 non solum ut in eum credatis sed etiam ut patiamini pro  
 65 eo <sup>m</sup>; quos scilicet fides promissionis Christi, non securitate  
 negligentiores sed alacritate faciens ferventiores, in coti-  
 dianio vitiorum conflictu martyrio coronat assiduo <sup>l</sup>.  
 156 A Assiduo sed facili, facili sed sublimi. Facile est, ubi  
 supra virtutem nihil imperatur. Sublime, ubi de omni  
 70 virtute illius fortis armati <sup>n</sup> triumphatur. An non facile  
 suave iugum Christi portare <sup>o</sup>? An non sublime in regno  
 eius excellere? Quid facilius rogo quam portare pennas  
 quae portant portantem se? Quid sublimius quam supra  
 omnem coelorum altitudinem quo Christus ascendit <sup>p</sup>  
 75 evolare? Plane sancti, quorum sicut aquilae iuventus  
 renovabitur <sup>q</sup>, assumunt pennas sicut aquilae <sup>r</sup> et vola-  
 bunt. Quo volabunt? Ubicumque, inquit, fuerit corpus  
 illuc congregabuntur aquilae <sup>s</sup>.

4. Sed quid putamus, fratres: quomodo tunc repente  
 80 de terris ad coelos evolare poterit, qui nunc exercitio et

56 Cf. 47 || 64 in eum credatis I / transp. M (exc. f) C || 71 iugum Christi  
 I (exc. d) transp. d M C || 80 exercitio: exhortatione d

j. Ps. 32, 9    k. Jn 17, 24    l. Jn 17, 20    m. Phil. 1, 29 (sed ut  
 etiam pro illo patiamini Vlg)    n. Lc 11, 21    o. Matth. 11, 30    p.  
 Ephés. 4, 10    q. Ps. 102, 5    r. Is. 40, 31    s. Lc 17, 37

1. S. BERNARD, *In festo S. Clementis*; EC V, 412-417 (PL 183, 499-502);  
*In festo omnium Sanctorum*, 1, 15; EC V, 341 (461-462).

existent parce qu' « il a parlé, et elles ont été faites, il  
 a commandé, et elles furent créées <sup>j</sup> ». « Je veux, dit-il,  
 que là où je suis, ils soient avec moi <sup>k</sup>. » Quelle sécurité  
 pour ceux qui ont la foi, quelle confiance pour les croyants,  
 si toutefois ils ne rejettent pas la grâce qu'ils ont reçue !  
 En effet, ce n'est pas seulement aux apôtres et à ceux  
 qui furent disciples avec eux, qu'une telle sécurité est  
 offerte, mais à tous ceux qui, grâce à leur parole, croiront  
 au Verbe de Dieu. « Je ne prie pas seulement pour eux,  
 dit-il, mais pour tous ceux qui, grâce à leur parole, croi-  
 ront en mon nom <sup>l</sup>. »

3. Mais à vous, mes frères, il a été donné, comme le  
 dit l'Apôtre, « non seulement de croire en lui, mais aussi  
 de souffrir pour lui <sup>m</sup> ». La foi en la promesse du Christ,  
 bien loin de vous rendre négligents par l'assurance  
 qu'elle vous donne, vous rend plus fervents par l'élan  
 qu'elle vous procure, et vous fait gagner la couronne  
 d'un martyre continué dans le combat quotidien que  
 vous livrez aux vices <sup>l</sup>. Martyre continué, mais facile,  
 et quoique facile, sublime néanmoins. Facile, car rien  
 de ce qui nous est demandé n'est au-dessus de nos forces ;  
 sublime, car on y triomphe de toute la puissance du  
 Fort armé <sup>n</sup>. N'est-il pas facile de porter le joug léger  
 du Christ <sup>o</sup>? Et n'est-il pas sublime d'avoir un rang élevé  
 dans son royaume? Je vous le demande, quoi de plus  
 facile que de porter des ailes qui portent ceux qui les  
 portent? Quoi de plus sublime que de s'envoler par-  
 dessus tous les cieux, là où le Christ est monté <sup>p</sup>?  
 C'est ainsi que les saints, dont la jeunesse se renou-  
 velle comme celle de l'aigle <sup>q</sup>, « prendront des ailes  
 d'aigle <sup>r</sup> » et s'envoleront. Où voleront-ils? « Partout  
 où sera le corps, dit le Seigneur, les aigles se rassem-  
 bleront <sup>s</sup>. »

4. Mais à quoi pensons-nous, mes frères? Pourra-t-il  
 alors s'élever soudain de terre et s'envoler aux cieux,

156 B usu cotidiano volitare non didicerit? Si quaeris quo  
doctore, quo duce, numquid non Christus *sicut aquila*  
provocabat hodie *ad volandum pullos suos* quando super  
eos volitabat, cum scilicet videntibus illis elevaretur,  
85 diuque sequerentur oculis euntem in coelum <sup>t 1</sup>? Poterat  
utique repente in ictu oculi ex oculis eorum rapi, et ubi  
vellet constitui. Sed plane, *sicut aquila provocans ad*  
*volandum pullos suos et super eos volitans* <sup>u</sup>, et corda  
sursum levare post se nitebatur amore sui, et corpora  
90 similiter posse sublevari pollicebatur exemplo corporis  
sui; sicut et Apostolus ait aeterni conscius mysterii,  
quia et nos baiulis nubibus rapiemur in obviam Christo  
redeunti <sup>v</sup>. Ipse siquidem *ascendit super cherubim et*  
156 C *volavit, volavit super pennas ventorum* <sup>w</sup>, id est super-  
95 gressus est virtutes angelorum. Tuae tamen condescen-  
dens infirmitati, expandet alas suas et assumet te atque  
portabit in humeris suis <sup>x</sup>; si modo pullus degener non  
existas, ut a terra levare et aura puriore perfrui non  
extimescas.

100 5. Alii volant contemplando; tu saltem amando. Pau-  
lus mente excedit et ad tertium usque pervolat coelum <sup>y</sup>;  
Ioannes ad id quod *in principio erat Verbum* <sup>z</sup>. Tu sal-  
tem humi degenerem non trahas animum, nec patiaris  
obrutum inertia in terra putrescere cor tuum. Sed cla-  
105 manti: *Sursum corda*, Pontifici magno qui hodie *introivit*

93 siquidem I: quidem M C

t. Act. 1, 10-11 u. Deut. 32, 11 v. I Thess. 4, 17 w. Ps. 17,  
11 x. Deut. 32, 11 y. II Cor. 5, 13; 12, 2 z. Jn 1, 1

1. « Aquilam in hoc loco (*Prov.* 30, 19) Christum Dominum nostrum debemus acclpere, qui post venerandam resurrectionem, qua docuit humanum genus in vitam redire post mortem, velut aquila revolavit ad Patrem,

l'homme non exercé, qui n'aura pas appris chaque jour, par un exercice répété, à voler? Et si tu cherches sous la conduite de quel maître, de quel guide ce sera, vois si le Christ, en ce jour, n'a pas, comme un aigle, engagé ses aiglons à voler en voletant au-dessus d'eux? En effet, « comme il s'élevait à leurs yeux vers le ciel, ils le suivirent longtemps des yeux <sup>t 1</sup> ». Certes, il pouvait, en un clin d'œil, soudainement, être ravi à leurs yeux et se trouver d'emblée où il voulait aller. Mais, exactement « comme l'aigle qui apprend à ses petits à voler en voletant au-dessus d'eux <sup>u</sup> », il s'efforçait d'entraîner leur cœur à sa suite en se faisant aimer d'eux, et il leur promettait par l'exemple de son corps que leurs corps pourraient s'élever pareillement. C'est ce que nous dit l'Apôtre, instruit des secrets éternels: nous aussi, nous serons emportés sur les nuées à la rencontre du Christ, lorsqu'il reviendra <sup>v</sup>. Le Christ, en vérité, monta sur les chérubins et vola; il vola sur les ailes du vent <sup>w</sup>, c'est-à-dire qu'il dépassa les vertus des anges. Et cependant, dans sa condescendance pour ta faiblesse, il étendra ses ailes, te prendra et te portera sur ses épaules <sup>x</sup>, si toutefois tu ne te montres pas un oiselet dégénéré, et si tu ne redoutes pas d'être soulevé de terre et de jouir d'un air plus pur.

5. Certains volent par la contemplation; toi, que ce soit du moins par l'amour. Paul est ravi en esprit et s'élève jusqu'au troisième ciel <sup>y</sup>, et Jean atteint « ce qu'au commencement était le Verbe <sup>z</sup> ». Toi, du moins, ne traîne pas sur le sol un esprit dégénéré, et ne souffre pas que ton cœur, enfoui dans l'indolence, pourrisse en terre. Le Grand-Prêtre qui « est entré en ce jour dans le sanc-

praedam secum referens, id est hominem, quem rapuerat de faucibus inimici. » L'auteur développe alors abondamment la métaphore en l'appliquant au Christ dans son Ascension. *Sermo de Salomone*, 46, 5; *PL* 17, 694-695; attribué jadis à S. Ambroise.

156 D *in sancta, aeterna redemptione inventa* <sup>a</sup>, ubi et assistit  
nunc vultui Dei interpellans pro nobis, responde fideliter : *Habemus ad Dominum* <sup>b</sup> 1.

110 Sed etsi aliquando quaesisti non quae sursum sunt  
sed quae super terram <sup>c</sup>, iam teipsum increpa et dic  
Domino cum propheta : *Quid enim mihi est in coelo, et  
a te quid volui super terram* <sup>d</sup> ? Heu quam misere errabam.  
Tam magnum est illud in coelo mihi repositum quod  
115 contemnebam, tam nihil hoc super terram quod tanto-  
pere expetebam. Christus itaque thesaurus tuus ascendit  
in coelum ; ibi sit et cor tuum <sup>e</sup>. Inde ducis originem ;  
ibi habes partem et hereditatem <sup>f</sup> ; inde expectas Salva-  
torem <sup>g</sup>.

117 partem I : Patrem M C || Salvatorem : Salvatorem qui vivit  
regnat per omnia saecula saeculorum. Amen e

a. Hébr. 9, 12    b. Praef. Missae    c. Col. 3, 1.2    d. Ps. 72, 25  
e. Matth. 6, 21    f. Sir. 45, 27    g. Phil. 3, 20

taire après avoir obtenu une rédemption éternelle <sup>a</sup> »  
et qui se tient maintenant en présence de Dieu en inter-  
cédant pour nous, te crie : « Tenons haut les cœurs ! »  
Réponds-lui avec foi : « Nous les tenons élevés vers le  
Seigneur <sup>b</sup> 1 ! »

Et même si parfois tu as cherché non les choses d'en  
haut, mais ce qui est sur la terre <sup>c</sup>, alors adresse-toi des  
reproches et dis au Seigneur avec le Prophète : « Qu'y-a-  
t-il donc pour moi dans le ciel, et qu'ai-je voulu sur la  
terre, loin de toi <sup>d</sup> ? » Hélas ! comme je me suis misérable-  
ment trompé ! Ce qui m'est réservé dans le ciel est si  
grand, et je n'en faisais pas de cas ! Ce qui est sur la terre  
est un tel néant, et je le désirais tant ! Mais puisque le  
Christ, ton trésor, est monté au ciel, que là aussi soit ton  
cœur <sup>e</sup>. C'est de là-haut que tu tiens ton origine, c'est  
là que se trouve ta part d'héritage <sup>f</sup>, et c'est de là que  
tu attends le Sauveur <sup>g</sup>.

1. Cf. S. AUGUSTIN, *Sermo 261, De Ascensione Domini, 1* ; *PL*, 38, 1202-1203.

ITEM EIUSDEM IN PENTECOSTEN  
SERMO PRIMUS

157 A 1. Ineffabilis Deus, ineffabilis misericordia eius. Secun-  
dum nomen eius ita et opus eius. Plane ineffabilis divi-  
5 nae circa nos dignatio caritatis. Parum erat Patri tradi-  
disse Filium ut redimeret servum <sup>a</sup>, nisi daret et Spiritum  
sanctum quo servum adoptaret in filium. Dedit Filium  
in pretium redemptionis, dedit Spiritum in privilegium  
10 adoptionis, se denique totum servat hereditatem adop-  
tatis <sup>1</sup>. O Deum, si fas est dici, prodigum sui prae desi-  
derio hominis. An non prodigum qui non solum sua sed et  
seipsum impendit, ut hominem recuperaret non tam sibi  
quam homini ipsi? An non prodigum qui sicut *proprio Filio*  
15 *suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum* <sup>b</sup>,  
sic nec Spiritui sancto pepercit, ut ita loquar, sed nova  
157 B et mira largitate super omnem carnem effudit illum <sup>c</sup>?  
Multum quidem effusus sui prodigus ille filius qui tam  
patrimonium quam seipsum donavit meretricibus, sed  
20 ille in perditionem sui <sup>d</sup>, si tamen ulla debet esse compa-  
ratio gratiae et pecuniae, spiritus et carnis, Dei et hominis.  
Vide enim quanta largitate toto orbe gratia Spiritus  
effusa sit, non solum iustis confirmandis sed et peccato-

17 sui prodigus : fuit prodigus *d* sui prodigus sui. prodigus ille *h*

a. « ... ut servum redimeres, Filium tradidisti. » Praeconium Paschale  
b. Rom. 8, 32 c. Joël 2, 28 d. Lc 15, 11-32

1. « Et ad Filium quidem proprie pertinet humana redemptio, ad Spiritum  
justificatio, a Patre autem promissa expectatur glorificatio. » S. AELRED,

1<sup>er</sup> SERMON POUR LA PENTECOTE

1. Dieu est ineffable, ineffable aussi sa miséricorde.  
Tel son Nom, telle aussi son œuvre. Totalement ineffable  
est la condescendance de la divine charité à notre endroit.  
C'était peu pour le Père d'avoir livré son Fils pour racheter  
l'esclave <sup>a</sup>, s'il ne donnait encore l'Esprit-Saint afin  
d'adopter cet esclave comme fils. Il a donc donné son Fils  
pour prix du rachat, il a donné l'Esprit comme titre  
particulier d'adoption, et il se réserve enfin d'être lui-  
même tout entier l'héritage de ses fils adoptifs <sup>1</sup>. Voici  
que Dieu, s'il est permis de parler ainsi, se fait prodigue  
de lui-même par désir de l'homme! N'est-ce pas être  
prodigue que de donner non seulement ses biens, mais  
encore soi-même, et cela non pas tant pour rentrer en  
possession de l'homme, que pour rendre l'homme à lui-  
même! Dieu n'est-il pas prodigue « en n'épargnant pas  
son Fils, et en le livrant pour nous tous <sup>b</sup> »? et de même,  
en n'épargnant pas l'Esprit-Saint, si je puis dire, et en  
le répandant sur toute créature avec une largesse extra-  
ordinaire et stupéfiante <sup>c</sup>? Certes, l'enfant prodigue s'était  
bien dilapidé lui-même en se donnant, lui et son patri-  
moine, à des prostituées! Mais pour recouvrer son fils  
perdu, le père fut bien plus prodigue encore que le fils  
ne l'avait été pour se perdre <sup>d</sup>, si tant est que l'on puisse  
établir une comparaison entre la grâce et l'argent, l'esprit  
et la chair, Dieu et l'homme!

Vois en effet avec quelle largesse la grâce du Saint-  
Esprit fut répandue sur toute la terre, non seulement  
pour affermir les justes, mais aussi pour justifier les

*De emissionem Filii et Spiritus sancti : Sermones inediti*, éd. C. H. Talbot  
p. 105.



ribus iustificandis; quomodo ubique gentium, Spiritu  
 25 creante novum genus hominum, renovata sit facies ter-  
 rae<sup>e</sup>; immo quanta cotidie mutatio fiat per dexteram  
 Excelsi<sup>f</sup>, ut repente perditissimi hominum publicani et  
 157 C meretrices iustos quamplurimos praecedant in regno  
 Dei<sup>g</sup>, et novissimi fiant primi<sup>h</sup>. Prorsus *non sicut delictum ita et donum*<sup>i</sup>, quia ubi abundavit delictum ibi  
 30 superabundans gratia<sup>j</sup> non solum donat delicta sed  
 etiam virtutum accumulatur merita; et sublimius resti-  
 tuit lapsos redemptio quam constituerat prima creatio<sup>k</sup>.

Sane in his omnibus quanto mirabilior Dei gratia  
 35 praedicatur tanto damnabilior hominis duritia convincitur,  
 si gratiam vel oblatam recuset vel acceptam non  
 servet. Cui enim non offertur? *Super quem non fulget lumen illius*<sup>k</sup>? Quis se abscondit a calore eius<sup>l</sup>? Neque enim relinquit se Deus sine testimonio apud conscientias  
 40 hominum, illustrans eos splendore veritatis et fovens  
 157 D calore bonitatis, cum et *lux vera illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum*<sup>m</sup>, et Deus faciat *oriri solem suum super bonos et malos, et pluat super iustos et iniustos*<sup>n</sup>. Sed vae illis qui rebelles sunt lumini<sup>o</sup>, id  
 45 est resistunt Spiritui sancto<sup>p</sup>, nec acquiescunt veritati<sup>q</sup>  
 quam intelligunt; et sicut lutum ex calore solis ita ex  
 bonitate et beneficiis Dei duriores fiunt, audacter etiam  
 provocantes eum cum ipse dederit omnia in manibus  
 eorum.

50 2. Verum quid ad nos de his qui foris sunt<sup>r</sup>? Ad vos

29 fiant primi *transp. d* || 30-31 abundavit... gratia : abundabit... om. gratia *d* abundavit... superabundavit gr. *e* || 32 virtutum om. *d* || accumulatur : accumulatur *d* || 43 super bonos *Dehinc perierunt folia quaedam ms. b, scl. infra ff. 64v et 65. Textus resumitur in serm. pro S. Joan. Bapt. 4, l. 85 : Deo gratias qui dedit nobis* || 50 Verum : Sed *f h*

e. Ps. 103, 30 f. Ps. 76, 11 g. Matth. 21, 31 h. Matth. 19, 30  
 i. Rom. 5, 15 j. Rom. 5, 20 k. Job 25, 3 l. Ps. 18, 7 m. Jn  
 1, 9 n. Matth. 5, 45 o. Job 24, 13 p. Act. 7, 51 q. Rom. 2, 8  
 r. I Cor. 5, 12

pêcheurs; comment, dans toutes les nations, l'Esprit-Saint créant une race nouvelle, la face de la terre est renouvelée<sup>e</sup>. Bien plus, vois quel changement se fait chaque jour par la droite du Très-Haut<sup>f</sup> : les hommes les plus corrompus, les publicains et les prostituées, précèdent beaucoup de justes dans le royaume de Dieu<sup>g</sup>, et les derniers deviennent les premiers<sup>h</sup>. Vraiment, « il n'en va pas du don comme de la faute<sup>i</sup> »; car, là où le péché a abondé, la grâce surabonde<sup>j</sup>, et non seulement remet les péchés, mais encore accumule les mérites des vertus. Et la rédemption relève l'homme tombé plus haut que ne l'avait placé la première création<sup>k</sup>.

Assurément, en tout cela, plus la grâce de Dieu se révèle admirable, plus s'avère condamnable la dureté de l'homme, s'il refuse la grâce qui lui est offerte, ou s'il ne garde pas celle qu'il a reçue. Car à qui n'est-elle pas offerte? « Sur qui sa lumière ne brille-t-elle pas<sup>k</sup>? » Qui peut se soustraire à sa chaleur<sup>l</sup>? Dieu en effet n'a pas omis de se rendre témoignage dans la conscience des hommes, l'éclairant de la splendeur de la vérité et la réchauffant de la chaleur de sa bonté, puisque « la vraie lumière éclaire tout homme venant en ce monde<sup>m</sup> », et Dieu fait « lever son soleil sur les bons et sur les méchants, pleuvoir sur les justes et sur les injustes<sup>n</sup> ». Mais malheur aux hommes rebelles à la lumière<sup>o</sup>, qui résistent à l'Esprit-Saint<sup>p</sup> et n'accueillent pas la vérité<sup>q</sup> quand ils la connaissent! Comme la boue sèche au soleil, ainsi se durcissent-ils sous l'effet de la bonté et des bienfaits de Dieu; ils ont même l'audace de le provoquer, alors qu'ils tiennent tout de lui.

2. Mais que nous importe ce qui concerne ceux du dehors<sup>r</sup>? C'est à vous plutôt que nous devons nous

1. Cf. S. BERNARD : le Christ attire plus encore notre amour par son œuvre rédemptrice que par son œuvre créatrice. *Super Cant.*, 20, 2; *EC I*, 115 (*PL* 183, 867-868).

158 A potius nobis sermo est qui *spiritum adoptionis filiorum accepistis* <sup>s</sup>, habentes eundem spiritum et signum adoptionis et pignus hereditatis <sup>t</sup>, qui velut quidam character insignis vasa misericordiae a vasis irae <sup>u</sup> discernit. Quamquam de salute nostra vel magis spe salutis ea nobis modestia gaudendum sit, ut quod in illis dolemus adhuc de nobis pro nostra mutabilitate timeamus. Sicut enim de illis desperare impium, ita de nobis praesumere est temerarium, cum tam de nobis quam de illis qualiscumque sit scientia praesentium nulla possit esse praescientia futurorum; nec levis sit iniuria summae potestatis, penes quam est arbitrium vitae et mortis, si vel de illis tam crudeliter, vel de nobis tam audacter praeiudicetur eius iudiciis. Denique de massa eorum sumus assumpti <sup>v</sup> <sup>1</sup>; et qui paulo ante eramus sicut et illi natura et vita filii irae <sup>w</sup>, repente facti sumus filii gratiae.

Nos ergo simus eis exemplum spei ad poenitentiam; ipsi nobis timoris ad perseverantiam. In nobis se misericordia commendat ut ametur, in illis iudicium se exerit ut timeatur. *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine* <sup>x</sup>; pro ista gratias agens, pro illo preces fundens; pro ista gratus et laetus, pro illo timoratus et cautus; et de utroque eruditus exultabo tibi *cum tremore* <sup>y</sup>, quia tunc *ingrediar in veritate tua* <sup>y</sup> si ita *laetetur cor meum* <sup>z</sup>.

Neque enim timor iste quem amor castum facit <sup>z</sup>

51 sermo est *transp.* a || 67 cis I: illis *M C Mab.* || 69 iudicium se I *transp. M C Mab.*

s. Rom. 8, 15 t. Éphés. 1, 14 u. Rom. 9, 22-23 v. Rom. 9, 21 w. Éphés. 2, 3 x. Ps. 100, 1 y. Ps. 2, 11 z. Ps. 85, 11

1. S. AUGUSTIN, *passim*, par exemple *Sermo* 26, 13; *PL* 38, 177.

2. \* *Dilectio castum parit timorem.* \* II<sup>o</sup> *Sermon pour la Nativité de la Vierge*, lignes 118-119.

adresser, à vous « qui avez reçu l'Esprit d'adoption des fils <sup>s</sup> », qui possédez comme signe de cette adoption et comme gage de votre héritage <sup>t</sup> ce même Esprit qui, tel un sceau caractéristique, distingue les vases de miséricorde des vases de colère <sup>u</sup>. Toutefois, nous ne devons nous réjouir de notre salut, ou plutôt de l'espérance de notre salut, qu'avec retenue, craignant encore pour nous, du fait de notre instabilité, ce que nous déplorons dans ces malheureux. En effet, autant il serait cruel de désespérer d'eux, autant il serait téméraire d'être trop sûrs de nous. Pour eux comme pour nous, en effet, nous connaissons bien le présent, mais nous ne pouvons prévoir l'avenir. Et ce serait une grave injure envers la Puissance souveraine, à qui il revient de décider de la vie et de la mort, que de prévenir ainsi son jugement de façon si cruelle pour eux, et si présomptueuse pour nous. Enfin, c'est de la masse des pécheurs que nous avons été tirés <sup>v</sup> <sup>1</sup>; il y a peu de temps, nous étions comme eux, fils de colère par nature et par notre conduite <sup>w</sup>, et soudain nous sommes devenus fils de la grâce.

Soyons donc pour eux un exemple qui ranime leur espérance afin de les conduire à la pénitence, et qu'ils soient pour nous un exemple qui nous incite à la crainte afin que nous persévérions. En nous, c'est la miséricorde qui se manifeste pour se faire aimer; en eux, la justice se découvre pour se faire craindre. « Je chanterai pour toi la miséricorde et le jugement, Seigneur <sup>x</sup> », dit le Prophète; pour celle-là, je rendrai grâce; pour celui-ci, je répandrai des prières. Celle-là me rend reconnaissant et joyeux; celui-ci, craintif et prudent. Instruit de l'un et de l'autre, je me réjouirai devant toi avec crainte, car « je n'entrerais dans ta vérité <sup>y</sup> » que si « mon cœur se réjouit de telle sorte qu'en même temps il craigne ton Nom <sup>z</sup> ».

Cette crainte, que l'amour rend sainte <sup>z</sup>, n'enlève pas

gaudium tollit sed custodit, non destruit sed instruit,  
 non inamaricat sed condit ; ut tanto sit durabilius quanto  
 158 C modestius, tanto verius quanto severius, tanto dulcius  
 80 quanto sanctius. O castum et fidele gaudium, quam  
 fidelis est illa de te sententia sapientis : *Non est census  
 super salutem corporis, et non est oblectatio super gaudium  
 cordis* <sup>a</sup>. Hoc utique gaudio non est gaudere impiis quo-  
 rum fatuos risus et frivola gaudia sapiens detestatur et  
 85 increpat. *Risum, inquit, reputavi errorem, et gaudio dixi :  
 Quid frustra deciperis* <sup>b</sup> ? *Risus dolori miscebitur, et extrema  
 gaudii luctus occupat* <sup>c</sup>.

3. O beate Iesu, quam dissimile est illud gaudium  
 tuum quo interim consolaris renuntiantes illi falso et  
 90 fallaci gaudio ; quam *melior est misericordia tua super  
 vitas* <sup>d</sup> ; quam *melior est dies una in atris tuis super mil-  
 158 D lia* <sup>e</sup>. Quanto beatiore facis pauperes tuos ipsa pauper-  
 tate tua <sup>f</sup>, quam mundus facere possit sua quantalibet  
 affluentia, ubi quidquid affluit defluit, sibique inhaeren-  
 95 tem perefluere facit ? Aliis affluebat deliciis illa pauper  
 familia Christi quam fluminis impetus inundabat laeti-  
 ficans civitatem Dei <sup>g</sup>, cum scilicet hodierna die tamquam  
 Spiritus torrens *replevit totam domum ubi erant sedentes* <sup>h</sup>  
 apostoli. Exhibebat quippe divina veritas quod per pro-  
 100 phetam promiserat : *Ecce ego declino in vos ut flumen  
 159 A pacis, et ut torrens inundans gloriae gentium* <sup>i</sup> <sup>1</sup>. Quan-  
 tum illis affluebat quibus tantus influebat. Quantumque  
 de illis profluebat de quorum ventre flumina fluebant

85 reputavi : deputavi *d e* || 86 dolori *I g* : dolore *M (exc. g) C* || 96 im-  
 petus inundabat *I g o transp. f h k* || 98 Spiritus torrens omnes *mss exc. e<sup>vo</sup>*  
*transp. e<sup>vo</sup> Mab.* || 103 flumina fluebant *I M transp. C*

a. Sir. 30, 16 (Non est census super censum salutis corporis, et non est  
 oblectamentum super cordis gaudium Vig) b. Eccl. 2, 2 c. Prov.  
 14, 13 d. Ps 62, 4 e. Ps. 83, 11 f. Matth. 5, 3 g. Ps. 45, 5  
 h. Act. 2, 2 i. Is. 66, 12 juxta antiquam versionem

la joie, elle la préserve au contraire ; elle ne la détruit  
 pas, elle la fortifie ; elle n'y introduit pas d'amertume,  
 elle l'assaisonne. Ainsi, plus la joie a de retenue, plus  
 elle est durable ; plus elle est grave, plus elle est vraie ;  
 plus elle est sainte, et plus elle est douce. O joie chaste  
 et fidèle ! Qu'elle est juste, cette sentence du Sage à ton  
 propos : « Il n'est pas de richesse préférable à la santé  
 du corps, ni de plaisir qui l'emporte sur la joie du cœur <sup>a</sup>. »  
 Certes, cette joie n'est pas pour les impies, dont les rires  
 stupides et les joies frivoles suscitent l'horreur et la  
 réprobation du Sage : « J'ai considéré le rire comme une  
 erreur, dit-il, et j'ai dit à la joie : Pourquoi t'abuses-tu  
 en vain <sup>b</sup> ? Le rire et la douleur sont mêlés, et au bout  
 de la joie, c'est le deuil <sup>c</sup>. »

3. O bienheureux Jésus ! Combien différente est ta  
 joie, dont tu consoles ici-bas ceux qui renoncent à cette  
 joie fausse et décevante ! Oui, « ta miséricorde est meilleure  
 que la vie <sup>d</sup> », et « un jour en ta maison en vaut plus  
 que mille <sup>e</sup> » ! Combien ne rends-tu pas tes pauvres plus  
 heureux par ta pauvreté même <sup>f</sup>, que le monde ne le  
 peut faire avec toute l'affluence de ses biens, dont le  
 flux est toujours suivi d'un reflux qui entraîne quiconque  
 s'y est attaché. C'est d'un flot de tout autres délices  
 qu'était inondée cette pauvre famille du Christ par le  
 fleuve impétueux qui réjouit la cité de Dieu <sup>g</sup>, quand,  
 en ce jour, l'Esprit-Saint, tel un torrent, « remplit toute  
 la maison où les apôtres étaient assis <sup>h</sup> ». La divine vérité  
 réalisait ainsi ce qu'elle avait promis par le Prophète :  
 « Voici que je m'écoule en vous comme un fleuve de  
 paix, et comme un torrent inondant de gloire les na-  
 tions <sup>i</sup> <sup>1</sup>. » Quelle affluence de biens pour ceux en qui un  
 tel hôte faisait irruption ! Et quel flot de biens jaillissait  
 d'eux, tandis que de leur sein coulaient des fleuves d'eau

1. Voir la remarque sur la citation d'Isaïe faite dans le *II<sup>e</sup> Sermon pour  
 la Purification*, § 6, ligne 188.

105 aquae vivae<sup>l</sup>. Nec solum de corde benevolentia caritatis, sed etiam ex ore vehementia profluebat torrentis eloquii, cui non poterant resistere et contradicere omnes eorum adversarii, sicut de Stephano dicitur : quia non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur<sup>k</sup>.

110 4. Ad huiusmodi gaudia vos interim, fratres, consolator vester invitat. Hoc torrente voluptatis suae<sup>l</sup> sitibundas amantium mentes potare desiderat. Si quis, inquit, sitit, veniat et bibat<sup>m</sup>. O affluens liberalitas Dei, o indeficiens largitas divinae bonitatis. Spiritum cuius

115 hodie primitias dedit apostolis offert universis. *Thesaurum suum fontem aquae vivae<sup>n</sup>* aperit tam hominibus quam iumentis ; tamquam et ipse omnibus *sapientibus et insipientibus debitor<sup>o</sup>* sit. *Omnes, inquit, sitientes, venite ad aquas<sup>p</sup>*. Ecce personas non accipit, condiciones

120 non discernit, merita non requirit ; tantum sitire quis noverit, venire velit. Gratia quippe non admittit fastidientes, sed sicut esurientes implet bonis sic divites dimittit inanes<sup>q</sup>.

O fastidium tinea cordium, rubigo mentium, languor

125 pessimus animarum, qui abominari facis bonum Dei verbum, contemnere coeleste donum, fastidire manna propter ollas carniarum<sup>r</sup>. Quae enim lues tam pestifera, quis morbus tam lethalis, qui sic faciat hominem immemor suae salutis, ridentem ac male securum, appropinquare usque ad portas mortis<sup>s</sup> ? Sed unde rogo tam late lues ista Christi ovilia infecit, greges invasit, ut quam pluribus de grege Domini videatur etiam locus *horroris*

132 Domini I Mab. om. M C

j. Jn 7, 38    k. Act. 6, 10    l. Ps. 35, 9    m. Jn 7, 37    n. Nomb.

vive ! Ce n'était plus seulement la douceur de la charité, jaillissant de leur cœur, mais, sortant de leur bouche avec impétuosité, un torrent de paroles irrésistibles qu'aucun de leurs adversaires ne pouvait contredire, comme il est rapporté d'Étienne : « Ils ne pouvaient résister à sa sagesse et à l'Esprit qui parlait en lui<sup>k</sup>. »

4. Mes frères, telles sont les joies auxquelles le Consolateur, ici-bas, vous invite. Il désire abreuver à ce torrent de ses délices<sup>l</sup> les âmes assoiffées de ceux qui l'aiment. « Si quelqu'un a soif, qu'il vienne et qu'il boive<sup>m</sup> ! » O surabondante libéralité de Dieu ! O richesse inépuisable de sa divine bonté ! L'Esprit donné aujourd'hui en prémices aux apôtres est offert à tous. Il ouvre à tous, hommes et bêtes, « son trésor, sa fontaine d'eau vive<sup>n</sup> », comme s'il était, lui aussi, « débiteur de tous, des sages et des insensés<sup>o</sup> ». « Tous les assoiffés, dit-il, venez vers les eaux<sup>p</sup> ! » Vois, il ne fait pas acception de personne, ne distingue pas entre les conditions, n'exige pas de mérites ; il suffit de ressentir la soif, de vouloir venir. La grâce, en effet, ne souffre pas les repus sans appétit ; elle comble de biens les affamés, mais renvoie les riches les mains vides<sup>q</sup>.

Oh, satiété ! teigne des cœurs, rouille des esprits, pernicieuse maladie de l'âme ! Tu nous fais détester la bonne parole de Dieu, mépriser le don du ciel, tu nous laisses sans appétit devant la manne, à cause des marmites de viande<sup>r</sup>. Existe-t-il une peste plus pernicieuse, une maladie plus meurtrière, qui conduise ainsi l'homme jusqu'aux portes de la mort<sup>s</sup>, indifférent à sa santé, riant et sans-souci ? Mais d'où vient, dites-moi, que cette épidémie ait si largement contaminé les bergeries du Seigneur, que beaucoup de membres de son troupeau ne voient plus dans les pâturages où on les a installés qu'un lieu

20, 6    o. Rom. 1, 14    p. Is. 55, 1    q. Lc 1, 53    r. Ex. 16, 3  
s. Ps. 106, 18

et vastae solitudinis<sup>t</sup>, locus pascuae ubi sunt collocati, et in pascuis uberrimis, in herbis virentibus<sup>u</sup> misere  
135 pereant fastidio languidi ?

An non, quaeso, gustaverunt donum coeleste et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum et virtutes saeculi venturi<sup>v</sup> ? Si enim non gustaverunt bonum Dei verbum, unde totiens eructavit cor eorum verbum bonum<sup>w</sup>, cum scilicet de memoria abundantiae suavitatis eius eructabant labia eorum hymnum<sup>x</sup> ? Nunc autem divinis intersunt laudibus et dormitant, aut otiosa vel etiam perniciose mente pertractant ; sedent ad librum et oscitant, verbum exhortationis audiunt et ipso auditu laborant ; de pascuis mutantur in pascua, et tam ista fastidiunt quam illa, iugiter versantur inter fercula vitae et moriuntur fame<sup>1</sup>.

Unde ergo post illam felicem experientiam gustumque suavem supernae dulcedinis, tanta haec oblivio et incuria boni languorque mentium subintravit ? Sola relicta est eius vox illa plangentis, si tamen plangere velint : Percussus sum ut foenum et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum<sup>y</sup>. Currebant utique bene, quis eos fascinavit retrorsum converti ? Spiritu  
155 coeperunt, quomodo nunc carne consummantur<sup>z</sup> ? Voluptuose vescebantur, quomodo nunc intereunt in viis<sup>a</sup> ?

160 A 5. Videant, quaeso, ipsi ne forte inimicus homo

143 vel om. d e || 151 eius I : cis M C Mab. || 157 viis I g Mab. : vitiis M (exc. g) C

t. Deut. 32, 10 u. Éz. 34, 14 v. Hébr. 6, 4, 5 w. Ps. 44, 2  
x. Ps. 118, 171 ; 144, 7 y. Ps. 101, 5 z. Gal. 3, 3 a. Lam. 4, 5

1. Cf. S. BERNARD, *Super Cant.*, 54, 8 ; *EC II*, 107-108 (*PL* 183, 1041-1042). HUGUES DE BARZELLE, *De cohabitatione fratrum* ; éd. J. Morson,

« d'horreur et de vaste solitude<sup>t</sup> », et que, « parmi les prés fertiles et l'herbe verdoyante<sup>u</sup> », ils périssent misérablement, languissants et sans appétit ?

Je vous le demande, n'ont-ils pas « goûté le don céleste », ne sont-ils pas « devenus participants de l'Esprit-Saint ? » n'ont-ils pas pourtant « savouré la bonne parole de Dieu et les prodiges du monde à venir<sup>v</sup> » ? Mais s'ils n'ont pas goûté la bonne parole de Dieu, d'où vient donc que de leur cœur ait si souvent jailli une parole excellente<sup>w</sup>, lorsqu'au souvenir de l'abondance de sa douceur, leurs lèvres chantaient un hymne<sup>x</sup> ? Mais maintenant, ils assistent aux divines louanges et ils y dorment, ou retournent dans leur esprit des choses inutiles ou nuisibles ; assis devant leur livre, ils bâillent ; s'ils écoutent une exhortation, le seul fait de l'entendre les fatigue. Ils vont de pâturage en pâturage, et ils sont sans appétit pour les uns comme pour les autres ; ils se trouvent continuellement au milieu d'aliments vivifiants, et ils meurent de faim<sup>1</sup>.

Comment donc, après une si heureuse expérience, après avoir goûté la saveur délicieuse de la douceur céleste, ont-ils pu laisser s'insinuer en eux un si grand oubli, une telle négligence du bien, une telle langueur d'esprit ? Ils ne font plus que proférer cette plainte, — si tant est qu'ils consentent encore à se plaindre : « J'ai été frappé comme l'herbe, et mon cœur s'est desséché, car j'ai oublié de manger mon pain<sup>y</sup> ! » Ils couraient si bien ! Qui les a fascinés, pour les faire retourner en arrière ? Ils avaient commencé par l'esprit, comment achèvent-ils maintenant par la chair<sup>z</sup> ? Ils se nourrissaient de mets délicieux, comment meurent-ils maintenant en chemin<sup>a</sup> ?

5. A eux de voir, je les y engage, si par hasard l'ennemi,

*Studia Anselmiana*, 41, p. 123. S. AELRED, *Sermo in Assumpt. B. M. V.* : *Sermones inediti*, éd. C. H. Talbot, p. 163-164.

qui super bonum semen patrisfamilias lolium suum  
 160 supereminare consuevit<sup>b</sup>, post illam suavem escam  
 Christi felle suo fauces eorum tinxerit, ac per hoc non  
 modo desiderium sed et memoriam prioris gustus abo-  
 leverit.

Enimvero statim denuntiat Apostolus his qui eiusmodi  
 165 sunt : *Non potestis calicem Domini bibere et calicem  
 daemoniorum. Non potestis mensae Domini participes  
 esse et mensae daemoniorum*<sup>c</sup>. An non tibi videtur non  
 modo potatus sed et inebriatus calice daemoniorum,  
 qui libidinis, irae, impatientiae aut similibus raptatur  
 170 furore passionum ? Ego ut loquar de his quae iam magis  
 in usu quam in crimine sunt, puto quod et ille mensae  
 160 B daemoniorum particeps sit, et pascens eos pascatur ab  
 eis, cuius os abundat malitia et lingua concinnat dolos,  
 sedens adversus fratres suos loquitur, et adversus filium  
 175 matris suae ponit scandalum<sup>d</sup> ; qui etiam si non detrahit,  
 detrahentem libenter audit, qui scurrilitate stultiloqui  
 cachinnantes dissolvit. Videat ergo qui eiusmodi est an  
 dignum sit ut volutatus velut in cruore immolatio et  
 180 et angelorum<sup>1</sup>.

Absit autem, fratres mei, ut haec dicens innocentiam  
 vestram qua plurimum delector inscribam sceleri ; sed  
 haec dico ut salvi sitis, et aliorum exemplo cautiore

168 et om. a || 174 fratres suos I : fratrem suum M C Mab. || 183 salvi  
 praem. vos d

b. Matth. 13, 24 s. c. I Cor. 10, 20-21 d. Ps. 49, 19. 20

1. S. BERNARD, *Super Cant.*, 24, 2-4 (au § 3 il est explicitement fait men-

qui a coutume de semer son ivraie par-dessus le bon  
 grain du Père de famille<sup>b</sup>, n'aurait pas imprégné leur  
 palais de son fiel, après qu'ils aient goûté l'exquise nour-  
 riture du Christ, leur enlevant ainsi non seulement le  
 désir, mais jusqu'au souvenir de la saveur éprouvée  
 antérieurement.

De fait, c'est ce que l'Apôtre déclare énergiquement  
 à leurs pareils : « Vous ne pouvez boire à la fois le calice  
 du Seigneur et le calice des démons. Vous ne pouvez  
 prendre part en même temps à la table du Seigneur et  
 à celle des démons<sup>c</sup>. » Que t'en semble ? N'est-il pas  
 abreuvé, et même enivré du calice des démons, l'homme  
 qu'arrache à lui-même la violence de l'appétit charnel,  
 de la colère, de l'impatience et des passions semblables ?  
 Quant à moi, et pour ne parler que de ce qu'on regarde  
 maintenant comme des choses passées en usage plutôt  
 que comme un crime, je pense qu'il figure à la table  
 des démons, à la fois comme leur convive et leur pâture,  
 celui dont la bouche est pleine de malice et dont la langue  
 trame la tromperie, qui s'assied pour parler contre son  
 frère et déshonorer le fils de sa mère<sup>d</sup> ; qui, même s'il  
 ne médit pas lui-même, écoute volontiers le médisant ;  
 qui dissipe les autres en les faisant rire aux éclats par ses  
 plaisanteries bouffonnes. A lui de voir s'il est convenable,  
 lorsqu'il vient pour ainsi dire de se rouler dans le sang  
 immolé aux démons et dans leurs souillures, qu'on  
 l'admette aussitôt à la table du Christ et des anges<sup>1</sup>.

Certes, mes frères, en disant tout cela, je ne songe  
 nullement à vous accuser, vous dont l'innocence me  
 réjouit tant ; mais j'en parle pour que vous vous en pré-  
 serviez, et que l'exemple des autres vous rende plus

tion de l'admission à la sainte Eucharistie de ceux qui se livrent à la médi-  
 sance) ; EC I, 152-156 (PL 183, 894-896). Cf. HUGUES DE BARZELLE,  
 loc. cit.

facti, manusque lavantes in sanguine peccatoris<sup>e</sup>,  
185 gratiam Spiritus sancti quam alii negligentia perdunt  
vos omni vigilantia servare curetis, ad laudem et gloriam  
160 C ipsius largitoris Iesu Christi Domini nostri, qui vivit et  
regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

prudents. Vous lavant ainsi les mains dans le sang du  
pécheur<sup>e</sup>, vous prendrez soin de garder en toute vigi-  
lance la grâce du Saint-Esprit, que d'autres perdent par  
négligence, pour la louange et la gloire de notre Seigneur  
Jésus-Christ qui lui-même nous l'accorde, et qui vit et  
règne dans tous les siècles des siècles. Amen.

187 largitoris : salvatoris d || 188 Amen a e g om. rel.

---

e. Ps. 57, 11

## DE EODEM SERMO SECUNDUS

1. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei <sup>a</sup>.  
 Nimirum ex abundantia cordis linguae loquebantur <sup>b</sup>  
 in eis. Exultationes Dei in gutture eorum <sup>c</sup>, quia caritas  
 5 Dei diffusa erat in cordibus eorum <sup>d</sup>. O Domine Deus  
 meus, et ego utique similiter laudarem, si similiter potatus  
 essem. Quia vero arida est anima <sup>e</sup> ideo est et torpida  
 lingua. Sed sicut adipe et pinguedine repletur anima  
 mea, et labiis exultationis laudabit os meum <sup>f</sup>. Eructabunt  
 10 labia mea hymnum, sed cum docueris me iustificationes  
 160 D tuas <sup>g</sup>, id est cum dederis gustare quam suavis es <sup>h</sup>,  
 ut discam te diligere toto corde, tota anima, tota virtute <sup>i</sup>.  
 Bonus es tu, et in bonitate tua doce me iustificationes tuas <sup>j</sup>.  
 Bonitas siquidem tua unctio tua est, qua doces eos de  
 15 quibus praedictum est : Erunt omnes docibiles Dei <sup>k</sup>. Beatus  
 homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum <sup>l</sup>.  
 Lex Domini immaculata convertens animas <sup>m</sup> caritas est.  
 Lex utique ignea, quae est in dextera eius <sup>n</sup>, quae cum  
 digito Dei <sup>o</sup> <sup>1</sup> scribitur super latitudinem cordis, et ipsum  
 20 cor amoris incendio et os ignito fervere facit eloquio.

6 similiter laudarem *IM (exc. h) Mab. transp. h* similiter om. *C* || 7 arida est anima *transp. d* || 14 siquidem tua *transp. f* || 15 praedictum : praescriptum *f h* || 17 Lex Domini... caritas est : Caritas est lex utique Domini imm. conv. an. *g* || 18 ignea : ignea est *d*

a. Act. 2, 4.11. Antiph. in festo Pent. (coeperunt loqui variis linguis ... audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei Vlg) b. Lc 6, 45 c. Ps. 149, 6 (Exultationes Vlg) d. Rom. 5, 5 e. Nombr. 11, 6 f. Ps. 62, 6 g. Ps. 118, 171 h. Ps. 33, 9 i. Mc 12, 30 j. Ps. 118, 68 k. Is. 54, 13. Jn 6, 45 l. Ps. 93, 12 m. Ps. 18, 8 n. Deut. 33, 2 o. Matth. 12, 28. Lc 11, 20. Cf. Ex. 31, 18. Deut. 9, 10

## II<sup>o</sup> SERMON POUR LA PENTECOTE

1. « En diverses langues, les apôtres publiaient les merveilles de Dieu <sup>a</sup>. »

Assurément, c'est de l'abondance du cœur qu'en eux les langues parlaient <sup>b</sup>. « Les louanges de Dieu étaient dans leurs bouches <sup>c</sup>, parce que la charité de Dieu avait été répandue dans leurs cœurs <sup>d</sup>. » Seigneur mon Dieu, moi aussi, je chanterais des louanges semblables, si j'avais été semblablement désaltéré ! Parce que mon âme est desséchée <sup>e</sup>, ma langue est engourdie. Mais « que mon âme soit rassasiée de moelle et de graisse, et, la joie sur les lèvres, ma bouche te louera <sup>f</sup>. Mes lèvres feront jaillir une hymne, mais seulement quand tu m'auras enseigné tes justices <sup>g</sup> », c'est-à-dire quand tu m'auras donné de goûter quelle est ta douceur <sup>h</sup>, pour que j'apprenne à t'aimer de tout mon cœur, de toute mon âme, de toute ma force <sup>i</sup>. « Tu es bon, et dans ta bonté, apprends-moi tes justices <sup>j</sup>. » Assurément, ta bonté, c'est ton onction, par laquelle tu enseignes ceux dont on a prophétisé : « Ils seront tous enseignés de Dieu <sup>k</sup>. » « Bienheureux l'homme que tu instruis, et à qui tu auras enseigné ta Loi <sup>l</sup>. » « La Loi du Seigneur, immaculée et qui convertit les âmes <sup>m</sup> », c'est la charité. Loi de feu, certes, qui est dans sa droite <sup>n</sup>, qui est écrite par le doigt de Dieu <sup>o</sup> <sup>1</sup> sur l'étendue du cœur, et qui embrase le cœur d'un incendie d'amour, et la bouche d'une parole

1. C'est par juxtaposition de *Matth. 12, 28* et de *Lc 11, 20*, que l'Esprit-Saint est désigné comme le « Doigt de Dieu ». Cf. S. AUGUSTIN, *In Heptateuchum*, 2, 25 ; *PL* 34, 604 ; *Enarr. in Ps. 8, 7* ; *CC* 38, 52 (*PL* 36, 111). S. GRÉGOIRE LE GRAND, *In Ezech.*, I, hom. 10, 20 ; *PL* 76, 894. RHABAN MAUR, dans l'hymne « Veni Creator » : « Dextrae Dei tu digitus ». Enfin le commentaire de RICHARD DE SAINT-VICTOR : *De Trinitate*, 6, 9 ; *SC* 63, 394-395 (et la note 2 de la p. 394) ; *PL* 196, 973-974.



*De excelso, inquit, misit ignem in ossibus meis, et erudit me* <sup>p</sup>.

161 A O quanta facilitate et celeritate, quanta copia et facultate ignis ille, quem Dominus Iesus misit in terram <sup>q</sup>,  
25 non solum erudit imperitos, sed etiam expedit imperitos. Prorsus igneae linguae quas ex se dispertivit ignis iste, quae sic ignescere fecerunt non solum mentes sed et linguas apostolorum, ut etiam nunc pius auditor ad sermones ignescat eorum. Prorsus ignea lingua Petri, ignea lingua Pauli, in quorum verbis nunc quoque vivit ignis perpetuus, qui et super corda nostra scintillat si accedamus, si aurem vel animum ab eorum sermonibus non avertamus.

2. Si meruissem aliquam accipere de linguis huiusmodi,  
35 dicerem utique et ego : *Dominus dedit mihi linguam mercedem meam et in ipsa laudabo eum* <sup>r</sup>, sicut de illis scriptum est : *Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei* <sup>s</sup> <sup>1</sup>. Dicerem et illud : *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est verbo* <sup>t</sup>,  
40 Apostoli et eorum similes linguis sibi datis magnalia Dei praedicant, tyrannos verberant, daemones flagellant, terram compluunt, coelos aperiunt ; *quia linguae eorum claves coeli factae sunt* <sup>u</sup>, quippe quibus de ipsis coelis linguae missae sunt.

45 Mihi autem utinam vel lingua canis data sit, qua possim quidem primum propria deinde et aliena ulcera lingere <sup>v</sup> <sup>2</sup>, si qui forte sunt qui ad hoc ipsum sibi me

39 lapsus : lassus *d* || 46 possim quidem *I transp.* M C

p. Lam. 1, 13 q. Lc 12, 49 r. Sir. 51, 30 s. Act. 2, 4. 11  
t. Is. 50, 4 (lapsus : lassus Vlg) u. Antiph. in die oct. SS. Petri et Pauli ; cf. Apoc. 4, 6 v. Lc 16, 21

1. Sur ce texte déjà cité au début du sermon, voir ci-dessus l'apparat scripturaire.

enflammée. « D'en haut, dit le Prophète, il a envoyé le feu dans mes os, et il m'a enseigné <sup>p</sup>. »

Avec quelle aisance et quelle agilité, avec quelle intensité et quelle force, ce feu envoyé sur la terre par le Seigneur Jésus <sup>q</sup> n'a-t-il pas, non seulement instruit les ignorants, mais encore rendu leur liberté de mouvement à ceux qui étaient entravés ! Oui, elles étaient bien de feu, ces langues en lesquelles se partagea ce feu, et qui embrasèrent tellement les âmes des apôtres, et leurs langues aussi, que de nos jours encore tout auditeur pieux s'enflamme à leurs paroles. Oui, elle était de feu, la langue de Pierre, et de feu également, la langue de Paul : de nos jours encore, leurs paroles alimentent un feu continu qui jette son éclat sur nos cœurs si nous nous en approchons et si nous ne détournons pas l'oreille ou l'esprit de leurs discours.

Prenez garde, mes frères, à ne pas dégénérer. Sans parler de la noblesse de votre père, noble est la mère qui vous a enfantés, et d'illustre origine sont les mamelles qui vous ont allaités. Votre mère est l'épouse à laquelle sont adressées ces paroles, et dont les mamelles sont louées par la voix de l'Époux <sup>1</sup>. Que ces deux mamelles de l'Église soient Pierre et Paul, telle n'est pas seulement l'interprétation à laquelle nous invite ce jour, où nous sommes abreuvés avec beaucoup de joie et d'abondance par les mamelles de la consolation qu'ils nous offrent : cela nous est prouvé aussi par les témoignages évidents qu'apportent leurs œuvres, et par les écrits qui transmettent leur doctrine. Par quelles autres mamelles en effet les fils de l'Église ont-ils été nourris, qu'ils soient venus de la gentilité ou de la circoncision <sup>2</sup> ?

Assurément, j'en suis persuadé, c'est d'eux qu'il s'agissait autrefois, lorsque la consolation divine adressait cette promesse à l'Église encore petite et pauvre : « Les rois seront tes nourriciers <sup>b</sup>, et tu seras allaitée par la mamelle des rois <sup>c</sup>. » Car, si elle n'avait pas été nourrie d'un lait si noble, elle n'aurait jamais grandi jusqu'à un tel sommet de vertu et de gloire. Pierre invitait les petits enfants à boire à ces mamelles en leur disant :

par exemple S. HIPPOLYTE, *De Christo et Antichristo*, ch. 61 ; *PG* 10, 780-781 ; S. CYPRIEN, *Ep. 8, ad martyres et confessores* ; *PL* 4, 254 C.

2. Voir la note 2 du sermon précédent, § 1, l. 31. Cf. *Gal. 2, 8.9*.

*geniti infantes lac concupiscite* <sup>d</sup>. Ubera Paulus prae-  
buerat, quibus dicebat : *Lac vobis potum dedi* <sup>e</sup>. Et  
illud : Factus sum in medio vestri sicut nutrix sedens  
25 et nutriens filios suos <sup>f</sup>.

Quem plenus autem lacte redundaverit spiritali,  
pulchre significatum est unda illius lactis visibilis, quod  
de corpore ipsius fertur exisse loco sanguinis <sup>1</sup>, cum  
180 D decollatus hodierna die pro illis quibus dabat mamillam  
30 dedit et animam. Plane nihil in eo sanguineum, sed  
totum lacteum, qui nihil carnale nihil suum cogitabat,  
sed tantum quod aliis utile erat. Nec tam habebat ubera  
quam ipse totus uber erat ; qui ita misericordia uberi  
affluebat, ut non modo spiritum suum desideraret totum  
35 filiis immulgere, sed et corpus impendere.

¶ 2. Antequam haec duo ubera, Petrum et Paulum,  
accepisset primitiva Ecclesia in terris sanctorum conque-  
rebatur et dicebat Ecclesia beatorum spirituum in  
coelis : *Soror nostra parva est et ubera non habet* <sup>g</sup>. Cum  
40 enim Christus rediens in coelum reliquisset pusillum  
gregem <sup>h</sup> discipulorum, necdumque misisset Spiritum  
suum, quo erant fetanda viscera et implenda ubera sanc-  
181 A torum, erat, ut opinor, illa Ecclesia in coelis sollicita pro  
45 filiis Sponsi, sive iam natis sive nascituris, cui videlicet  
committerentur alendi ; eo quod Ecclesiam istam vide-

30 eo I : illo M C || 33 misericordia uberi *transp. a* || 37 in terris sancto-  
rum : sanctorum in terris *h Mab.* || 38 Ecclesia beatorum spirituum *transp. a*

d. I Pierre 2, 2 e. I Cor. 3, 2 f. I Thess. 2, 7 g. Cant. 8, 8 (est  
om. Vig) h. Lc 12, 32

1. ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὄραθὲν ἐν  
τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκολοπίσαντος ; Ps.-CHRYSOSTOME, *In Principes*

« Comme de petits enfants nouveaux-nés, désirez le  
lait <sup>d</sup>. » Paul avait offert des mamelles à ceux à qui il  
disait : « Je vous ai donné à boire du lait <sup>e</sup>. » Et encore :  
« Je me suis fait au milieu de vous comme une nourrice  
assise pour allaiter ses enfants <sup>f</sup>. »

Et à quel point Paul était surabondamment rempli  
du lait spirituel, cela fut bien manifesté par ces flots  
de lait que l'on vit sortir de son corps au lieu de sang <sup>1</sup>,  
à ce qu'on rapporte, quand, décapité en ce jour, il donna  
aussi sa vie pour ceux à qui il avait donné son lait. Il n'y  
avait en lui rien qui tint du sang, mais tout était lait,  
car il ne pensait à rien de charnel, il n'avait aucun regard  
pour son propre intérêt, mais il ne songeait qu'à ce  
qui était utile aux autres. Et il ne suffirait pas de dire  
qu'il avait des mamelles : il était plutôt tout entier  
mamelles, puisqu'il débordait d'une telle miséricorde,  
qu'il brûlait du désir non seulement d'exprimer pour  
ses enfants tout le lait de son esprit, mais encore de  
livrer son corps pour eux.

2. Quand, sur la terre, l'Église primitive des saints  
n'avait pas encore reçu ces deux mamelles, Pierre et  
Paul, l'Église des esprits bienheureux, au ciel, faisait  
entendre cette plainte et disait : « Notre sœur est petite  
et n'a pas de mamelles <sup>g</sup>. » En effet, le Christ, en rega-  
gnant le ciel, avait quitté le petit troupeau <sup>h</sup> des disciples,  
et n'avait pas encore envoyé son Esprit, qui devait  
féconder les entrailles et remplir de lait les mamelles  
des saints ; alors, l'Église des cieux s'inquiétait pour les  
petits enfants de l'Époux, déjà nés ou encore à naître, et  
se demandait à qui serait confié le soin de les nourrir ;  
car ils voyaient cette Église petite par le nombre, la

*Apostolorum*, 2 ; PG 59, 494. BARONIUS, *Annales*, in ann. 69, n. 12 ;  
t. 1 (éd. de Venise, 1601), p. 478 C, où l'on trouve le même texte attribué  
à S. AMBROISE, *Acta Sanctorum*, Junii, t. 7 (Paris 1867), 397 C.

rent parvam numero, virtute et auctoritate, et sine uberibus doctrinae.

Nam et ipse Sponsus *in diebus carnis suae*<sup>1</sup> genuerat aliquos verbo veritatis<sup>l</sup>, et quamdiu fuerat cum eis  
 50 lactaverat eos uberibus aedificationis et consolationis<sup>k</sup>.  
 Et ipse siquidem Sponsus habet ubera meliora vino<sup>l</sup>, id est doctrina legali vel gaudio saeculari. Habet, inquam, Sponsus ubera, ne ullum de omnibus officiis et nominibus pietatis eum praetereat; ut qui pater est creatione  
 55 naturae vel regeneratione gratiae, seu etiam auctoritate disciplinae, sit etiam mater affectu clementiae, sit et  
 181 B nutrix sedulitate officii et curae<sup>m</sup>. Erant igitur parvuli quos alebat, *initium aliquod creaturae eius*<sup>n</sup> sed non nisi initium; multumque supererat curae et laboris, donec  
 60 adducerentur ad perfectum<sup>o</sup> et formaretur in eis Christus<sup>p</sup>.

Cum autem et ipse reliquisset eos, superni spiritus, etsi laeti de reditu Unigeniti, de nova tamen adoptionis progenie solliciti, quodammodo affectu suo videbantur  
 65 apud eum conqueri: Quis eos nutriet? Lactasti eos, sed ante tempus ablactasti. Non enutristi iuvenes, nec ad incrementum perduxisti virgines. Quis illos nutriet? *Soror nostra parva est et ubera non habet*<sup>q</sup>. Dixisti Petro: *Pasce agnos meos*<sup>r</sup>; sed nec ipse adhuc sufficientiam  
 70 lactis in uberibus habet. Cito pietas eius aresceret, qui plus adhuc cuti suae quam animabus parvulorum time-

53 Sponsus *praem.* et *a* || 60 in eis Christus *a d*; Christus in eis *b e M C* || 65 eos<sup>1</sup> *I*: illos *M C* || 68 ubera non habet *a b d g h o*: non habet ubera *e f k* || 71 timeret *I*: timet *M C*

i. Hébr. 5, 7 j. Jac. 1, 18 k. Is. 66, 11 l. Cant. 1, 1 m.  
 • Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus. •

vertu et l'autorité, et dépourvue des mamelles de la doctrine.

En effet, l'Époux lui-même, « aux jours de sa chair<sup>1</sup> », avait engendré quelques fils par la parole de vérité<sup>l</sup>, et, aussi longtemps qu'il était demeuré avec eux, il les avait allaités avec les mamelles de l'édification et de la consolation<sup>k</sup>. Or l'Époux a certainement des mamelles meilleures que le vin<sup>l</sup>, c'est-à-dire que les enseignements de la loi ou la joie du monde. L'Époux, dis-je, a des mamelles, afin que rien ne lui soit étranger de tous les offices et de tous les titres attachés au rôle des parents: déjà père par la création naturelle et la régénération surnaturelle, ou encore par son autorité sur l'éducation, il est mère aussi par son attitude indulgente, il est encore nourrice par l'assiduité de son dévouement et de ses soins<sup>m</sup>. Ces petits enfants qu'il nourrissait étaient donc « comme un commencement de sa (nouvelle) création<sup>n</sup> », mais seulement un commencement, et il fallait encore beaucoup de soin et de travail pour les amener jusqu'à la perfection<sup>o</sup>, jusqu'à ce que le Christ fut formé en eux<sup>p</sup>.

Donc, quand il les eut quittés, les esprits célestes, réjouis par le retour du Fils unique, inquiets cependant au sujet des nouveaux fils adoptifs, semblaient, en quelque sorte, par le mouvement de leur cœur, lui adresser cette plainte: « Qui les nourrira? Tu les as allaités, mais tu les as sevrés avant le temps. Tu n'as pas élevé les jeunes gens, ni conduit les vierges jusqu'au terme de leur croissance. Qui les nourrira? Notre sœur est petite et n'a pas de mamelles<sup>q</sup>. Tu as dit à Pierre: Fais paître mes agneaux<sup>r</sup>. Mais il n'a pas lui-même assez de lait dans ses mamelles. Son amour maternel tarirait vite, car maintenant encore il craint plus pour sa peau que pour

Is. 66, 9 n. Jac. 1, 18 o. Hébr. 7, 19 p. Gal. 4, 19 q. Cant. 8, 8 r. Jn 21, 15

181 C ret. Facile relinqueret agnos in tentatione, qui pastorem tam suum quam illorum negavit in interrogatione <sup>1</sup>.

Ecce autem repente Spiritu sancto misso de coelo,  
75 tamquam lacte de propriis Christi uberibus effuso, Petrus impletus est lacte plurimo; nec multo post fit de Saulo Paulus, praedicator de persecutore, mater de tortore, nutrix de carnifice; ut plane intelligeres totum eius sanguinem mutatum in lactis dulcedinem, saevitiam  
80 in pietatem.

3. His igitur uberibus geminis pectori suo affixis, gloriatur Ecclesia non modo matrem se esse fecundam, sed et civitatem munitam <sup>2</sup>. *Ego*, inquit, *murus et ubera mea turris* <sup>3</sup>. *Mille clypei pendent iam de turribus istis*,  
85 *omnis armatura fortium* <sup>4</sup>. Ipse quoque Sponsus de eisdem  
181 D uberibus in laudem sponsae in carmine amoris mystico sermone sic ait : *Duo ubera tua sicut duo hinnuli, capreae gemelli* <sup>5</sup>.

Capream hoc loco accipimus Ecclesiam : acutam visu  
90 ad penetranda mysteria Christi, agilem saltu ad transilienda spinosa huius saeculi <sup>2</sup>, potentem ad exuperanda venena serpentis antiqui <sup>3</sup>. Cuius duo gemelli non inconvenienter, ut arbitror, intelliguntur hi duo apostoli,

74 sancto *I om. M C* || 76 fit de Saulo *I* : de Saulo fit *M C*

s. Jér. 1, 18 t. Cant. 8, 10 u. Cant. 4, 4 v. Cant. 4, 5

1. « Soror autem parvula ubera non habebat, quando in solis apostolis Ecclesia erat, in quibus seipsam vel alios nutrire lacte praedicationis non poterat. Quid enim Petrus aliis praedicaret, cum seipsum discipulum Christi in unius ancillae voce detestando et jurando negaret ? » ROBERT DE TOMBELAIN, *In Cant.*, 8, 11; *PL* 79, 543 C. Commentaire semblable chez S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Moralia*, 19, 19; *PL* 76, 108 A.

2. Que les chèvres soient douées de vue perçante et d'agilité, c'est une tradition fort ancienne et constante : *PHYSIOLOGUS*, n. 43, éd. J.-B. Pitra,

les âmes des petits enfants. Il abandonnerait aisément les agneaux dans la tentation, lui qui, interrogé, renia son pasteur, qui est aussi le leur <sup>1</sup>. »

Mais voici que soudain l'Esprit fut envoyé du ciel, comme un lait répandu par les mamelles mêmes du Christ, et Pierre fut rempli d'un lait abondant; et peu après, Saul fut changé en Paul, le persécuteur devint prédicateur, le tortionnaire mère, le bourreau nourrice : ainsi, tu vois clairement que tout son sang a été changé en la douceur du lait, sa cruauté en tendresse.

3. Ces deux mamelles étant donc attachées à sa poitrine, l'Église se félicite d'être non seulement une mère féconde, mais aussi une ville fortifiée <sup>2</sup> : « Je suis, dit-elle, un mur, et mes mamelles sont une tour <sup>3</sup>. » Déjà mille boucliers sont suspendus à ces tours, tout l'équipement des preux <sup>4</sup>. L'Époux, lui aussi, dit allégoriquement de ces mamelles, en louant l'épouse dans le Cantique de l'amour : « Tes deux mamelles sont semblables à deux faons, jumeaux d'une chevrette <sup>5</sup>. »

La chevrette désigne ici l'Église, qui possède un regard pénétrant pour scruter les mystères du Christ, qui est agile dans ses bonds pour sauter par-dessus les broussailles épineuses de ce monde <sup>2</sup>, qui a le pouvoir de triompher du venin de l'antique serpent <sup>3</sup>. Ses deux jumeaux peuvent sans inconvénient, je crois, s'interpréter comme

*Spteilegium Solesmense*, III, p. 364. ORIGÈNE, *Hom. in Cant.*, 2, 11; *SC* 37, p. 98; *Comm. in Cant.*, 3; *PG* 13, 177, 178. S. ISIDORE, *Etym.*, 12, 16; *PL* 82, 426. S. BERNARD, *Super Cant.*, 52, 6; 55, 1; 73, 6; *EC* II, 93-94, 111, 237 (*PL* 183, 1032 B, 1044 D, 1137 A). GUILLAUME DE SAINT-THIERRY, *Super Cant.*, 138, 153, 183; *SC* 82, p. 294, 322-324, 372. JOHN MORSON, « The English Cistercians and the Bestiary », *Bulletin of the John Rylands Library*, 39 (1956), p. 161-162.

3. L'auteur applique à la chèvre ce qui est attribué d'ordinaire au cerf : *PHYSIOLOGUS*, n. 32; *ibid.*, p. 358. ORIGÈNE, *Hom. in Cant.*, 2, 12; *SC* 37, p. 98-99; *Comm. in Cant.*, 3; *PG* 13, 176 AD. S. ISIDORE, *Etym.*, 12, 18; *PL* 82, 427. S. BERNARD, *Qui habitat*, 3, 1; *EC* IV, 393 (*PL* 183, 191 A). J. MORSON, *Ibid.*, p. 164.

germani fide, consimiles devotione, pares merito et virtute, unanimes caritate, coniuncti etiam in ipsa passione et morte. *Quomodo enim in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati* <sup>w</sup>.

- Quia vero desideria summorum pascuntur in profectu minorum, donec scilicet aspirante gratia tollant se ad contemplandum sublimia, bene de his hinnulis subditur :  
 100 *Qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies et inclinentur umbræ* <sup>x</sup>. Animalia cum declinant aestum diei captant umbrosa pascua convallium, ubi et liliorum solet esse proventus uberius ; donec aspirante tepescentis aura  
 105 vesperi, egrediantur ad aperta camporum vel ardua montium. Sic et hinnuli nostri, quamdiu non aspirat eis ad contemplandum clementior aura diei aeterni, *pascuntur in liliis convallium* <sup>y</sup>, id est delectantur in virtutibus humilium, aut etiam occupantur in actionibus eorum.  
 110 Cum autem aspirat dies ille mentibus eorum, egrediuntur et saliunt ad uberiora et feliciora pascua montium aeternorum. *Per me*, inquit pastor et ostium, *si quis introierit salvabitur ; et ingredietur Ecclesiam, et egredietur saepius* contemplando, semel migrando ad coelestem patriam ;  
 115 *et pascua inveniet* <sup>z</sup> et hic et ibi. Hic inter lilia agri ; ibi, inter ligna paradisi. Hic in floribus ibi in fructibus. Hic in virtutibus sanctorum, ibi in gaudiis angelorum.

95 etiam in ipsa *I(exc. e) f g o* : in ipsa etiam *e h k* || 98 profectu *I* : profectibus *M C* || 104 aspirante *I* : spirante *M C*

w. Antiphona in octavis SS. Petri et Pauli. Cf. II Sam. 1, 23 x. Cant. 4, 5, 6 y. Cant. 2, 1 ; 4, 5 z. Jn 10, 9

étant ces deux apôtres, frères par la foi, semblables par la dévotion, égaux en mérite et en vertu, n'ayant qu'une seule âme par la charité, associés jusque dans leur passion et leur mort. Car, « de même qu'ils se sont aimés pendant leur vie, de même dans la mort ils n'ont pas été séparés <sup>w</sup> ».

Mais les désirs des âmes plus élevées trouvent comme leur réfection dans les progrès des âmes d'une moindre perfection, du moins jusqu'à ce que, la grâce venant à paraître, elles s'élèvent à la contemplation des réalités les plus hautes. C'est donc bien à propos que le texte ajoute au sujet de ces deux faons : « Ils paissent parmi les lis, jusqu'à ce que le jour paraisse et que les ombres s'inclinent <sup>x</sup>. » Les animaux, fuyant l'ardeur du jour, gagnent les pâturages ombreux des vallées, où croît aussi d'ordinaire une plus abondante végétation de lis ; puis, lorsque paraît la brise plus fraîche du soir, ils s'en vont vers les libres espaces des plaines ou vers les hauteurs des monts. De même, les faons dont nous parlons, tant que ne paraît pas pour eux, afin de les porter à la contemplation, la brise plus clémente du jour éternel, « paissent parmi les lis des vallées <sup>y</sup> », c'est-à-dire trouvent leur joie dans les vertus des humbles, ou même prennent part à leurs occupations. Mais sitôt que ce jour paraît pour leurs âmes, ils s'en vont et bondissent vers les pâturages plus gras et plus propices des monts éternels. « Si quelqu'un entre en passant par moi, dit Celui qui est le Pasteur et la Porte, il sera sauvé, et il entrera » dans l'Église, « et il sortira » à bien des reprises par la contemplation, puis une fois pour toutes en émigrant vers la patrie céleste ; « et il trouvera de quoi se repaître <sup>z</sup> », ici et là-haut. Ici, parmi les lis des champs, là-haut, parmi les arbres du paradis ; ici, dans les fleurs, là, dans les fruits ; ici, dans les vertus des saints, là dans les joies des anges.

4. Prorsus *in loco pascuae ibi me Dominus collocavit* <sup>a</sup>, cum Ecclesiae sanctorum associavit, cuius *venter sicut acervus tritici vallatus liliis* <sup>b</sup>, ut pascar simul et tritici gustu et liliorum aspectu. Quid enim est *acervus tritici* nisi copia divini sermonis in tot libris undique congestis? Quid lilia nisi iusti, qui germinant sicut lilium et florent immarcescibiliter ante Dominum <sup>c</sup>; quorum tantus candor  
 125 in sanctimonia corporis et cordis puritate, tanta fragrantia in opinione, tam medicinalis virtus in opere et  
 182 C sermone? Non mediocre pabulum istud fideli animae videre circa se tot lilia tanta venustate et gratia florentia, ubi omnium virtutum ex eis, licet diversarum ex diversis,  
 130 capere possit exempla. Iste fundatior humilitate, ille amplior caritate. Alius robustior ad patientiam, alius velocior ad oboedientiam. Iste frugalitate parcior, ille labore utilior. Iste devotior in oratione, ille studiosior in lectione. Iste in administratione prudentior, ille in  
 135 quiete sanctior. Sed licet aliquam insignius florentem in unoquoque gratiam mireris, non una tamen sed multae virtutes in singulis, sicut flores in liliis. Quot enim iusti tot lilia; quot virtutes eorum tot flores liliorum. Qui  
 182 D igitur haec videns gaudet in illis aut etiam proficit ex  
 140 illis, quid nisi pascitur in liliis?

5. Pascebat Paulus; sed nihilominus in illis quos pascebat pascebatur. Pascebat eos sermonibus; pasce-

121 est acervus tritici *I* (*exc. d*): acervus tritici est *d* acervus tritici *M C* || 125 fragrantia *a b d<sup>ac</sup> g h o*: flagrantia *d<sup>po</sup> e f k*. Cf. n. in *Annunt. B. M. V.*, serm. 1, lin. 164 et *alias* || 126 tam: tanta *Mab*.

a. Ps. 22, 2 b. Cant. 7, 2 c. Responsorium in officio unius Confessoris. Prov. 11, 28. Is. 27, 6. Os. 14, 6

4. C'est bien « dans un lieu où il y a de quoi se repaître que le Seigneur m'a placée <sup>a</sup> », quand il m'a associé à l'assemblée des saints, dont « le ventre est semblable à un monceau de blé entouré de lis <sup>b</sup> » : je puis ainsi me restaurer à la fois en goûtant le blé et en jouissant de la vue des lis. Qu'est-ce en effet que ce « monceau de blé », sinon l'abondance de la parole divine contenue en tant de livres que l'on a rassemblés de partout? Et les lis sont-ils autre chose que les justes, qui germent comme le lis et fleurissent sans jamais se flétrir devant le Seigneur <sup>c</sup>, avec une telle blancheur dans la chasteté du corps et la pureté du cœur, un tel parfum dans la bonne renommée, une telle vertu médicinale dans les œuvres et les discours? Ce n'est pas une maigre nourriture pour l'âme fidèle, que de voir autour d'elle tant de lis qui fleurissent avec une telle beauté et une telle grâce, en qui elle peut recueillir des exemples de toutes les vertus, différentes en chacun d'eux. Celui-ci a de plus solides racines grâce à l'humilité, celui-là est plus épanoui par la charité; l'un est plus robuste pour exercer la patience, l'autre plus prompt à obéir; celui-ci est plus austère dans l'abstinence, celui-là se rend plus utile par son travail; celui-ci est plus dévot dans l'oraison, celui-là plus appliqué à la lecture; celui-ci plus prudent dans l'administration, celui-là plus saint dans le recueillement. Cependant, bien qu'en chacun d'eux on admire une grâce particulière qui brille avec plus d'éclat, on ne découvre pas en chacun d'eux une vertu seulement, mais un grand nombre, de même qu'il y a plusieurs fleurs sur chaque lis. Car autant il y a de justes, autant il y a de lis; autant ils ont de vertus, autant ces lis ont de fleurs. Or les voir et s'en réjouir, ou encore en tirer un profit spirituel, qu'est-ce donc, sinon se repaître parmi les lis?

5. Paul faisait paître, mais il ne s'en repaissait pas moins en ceux qu'il faisait paître. Il les nourrissait de

batur eorum operibus. Ventrem quidem suum, immo et  
 alienum, pascebat manibus propriis; mentem vero non  
 145 tam suis pascebat bonis quam alienis, qui non quaerebat  
 quod sibi utile sed quod aliis: *Nunc vivimus*, inquit, *si*  
*vos statis in Domino* <sup>d</sup>. Quae enim gloria mea, aut gaudium  
 aut corona; *nonne vos ante Deum* <sup>e</sup>? Ideo saepius ei  
 aspirabat dies aeterni luminis atque afflabat eum lenior  
 150 aura Spiritus sancti, cuius vi rapiebatur ad interna  
 pascua, aliquando paradisi, aliquando tertii coeli, *sive*  
 183 A *in corpore sive extra corpus nescio*, inquit, *Deus scit* <sup>f</sup>.  
 Dignum quippe erat ut qui fideliter pascebat feliciter  
 pasceretur; et qui foris gaudebat in bonis dominicae  
 155 familiae, in gaudium Domini sui iuberetur intrare  
 atque repleretur in bonis domus Dei <sup>h</sup>, non solum istius  
 visibilis pro qua sudabat, sed etiam illius invisibilis ad  
 quam suspirabat, unde et dies ei aspirabat.

6. Nec minora de beato Petro sentienda puto; cum  
 160 maxima sit gloria Pauli illius coaequari meritis, quem  
 iudicium veritatis potestate et primatu praetulit universis.  
 Cum enim *Pater qui est in caelis* <sup>i</sup> veritatem Unigeniti  
 Petro revelabat, quid aliud quam dies ei aeternus aspi-  
 rabat et dies diei verbum eructabat <sup>j</sup>? Cui autem magis  
 165 pervium fuisse coelum credendum est quam ipsi ianitori,  
 183 B cuius lingua clavis coeli facta est? Qui *potestatem* habebat  
*claudere coelum nubibus et aperire portas eius* <sup>k</sup>, quomodo  
 ipse non saepius intrasse crederetur? Esuriit aliquando

143 operibus: profectibus a || 154 in om. a || 158 suspirabat I M: spi-  
 rabat C || 160 sit gloria transp. a || 168 crederetur I: credetur M C

d. I Thess. 3, 8    e. I Thess. 2, 19    f. II Cor. 12, 3    g. Matth. 25,  
 21    h. Ps. 64, 5    i. Matth. 16, 17    j. Ps. 18, 3    k. Antiphona ad  
 Benedictus in officio SS. Petri et Pauli. Cf. Apoc. 11, 6

ses paroles, il se nourrissait de leurs œuvres. Il nourris-  
 sait son corps, et aussi celui des autres, par le travail  
 de ses mains; mais son âme, il la nourrissait moins de  
 ses propres biens que de ceux d'autrui, car il ne cherchait  
 pas ce qui lui était utile, mais ce qui l'était aux autres.  
 « Maintenant nous vivons, dit-il, si vous demeurez fermes  
 dans le Seigneur <sup>d</sup>. Quelle est en effet ma gloire, ma joie  
 et ma couronne? N'est-ce pas vous devant le Seigneur <sup>e</sup>? »  
 C'est pourquoi souvent paraissait pour lui le jour de la  
 lumière éternelle, et il se sentait caressé par la douce  
 brise du Saint-Esprit, dont la vertu le ravissait vers les  
 pâturages intérieurs, tantôt du paradis, tantôt du troi-  
 sième ciel: « soit dans le corps, dit-il, soit hors du corps,  
 je ne sais, Dieu le sait <sup>f</sup> ». Il convenait assurément que  
 celui qui faisait paître fidèlement fût nourri avec la même  
 fidélité, et que celui qui trouvait sa joie au-dehors dans  
 les biens des serviteurs du Seigneur, fût invité à entrer  
 dans la joie de son Seigneur <sup>g</sup> et rassasié des biens de la  
 maison de Dieu <sup>h</sup>; non seulement de ceux de cette maison  
 visible pour laquelle il prodiguait ses sueurs, mais aussi  
 de ceux de l'autre maison, l'invisible, vers laquelle il  
 soupirait, et d'où le jour commençait pour lui à paraître.

6. Quant au bienheureux Pierre, je ne pense pas qu'on  
 doive le tenir en moindre estime, puisque la plus grande  
 gloire de Paul est d'être égalé aux mérites de celui que  
 le jugement de la Vérité a placé au-dessus de tous par  
 la puissance et la primauté. En effet, quand le Père qui  
 est aux cieux <sup>i</sup> révélait à Pierre la vérité concernant le  
 Fils unique, n'était-ce pas le jour éternel qui commençait  
 pour lui à paraître, et le jour qui faisait entendre au jour  
 la Parole <sup>j</sup>? A qui faut-il croire que le ciel ait été davan-  
 tage ouvert qu'à son Portier lui-même, dont la langue  
 est devenue la clé du ciel? Celui qui avait « le pouvoir  
 de fermer le ciel par des nuées et d'en ouvrir les portes <sup>k</sup> »,  
 peut-on croire qu'il n'y est pas souvent entré lui-même?

Petrus et coelum ei apertum est, cum adhuc in terra  
 170 consisteret; tantaque ei inde copia ciborum missa est  
 ut adhuc multa supersint, licet plurima mactaverit et  
 manducaverit, immunda et virulenta animalia in sancta  
 et florulenta convertens lilia<sup>1</sup>; ut scilicet deliciose pasce-  
 retur in liliis, donec aspirante die gloriose in ipsis pasce-  
 175 retur coelis.

Sed ecce dum commendamus vobis duo haec ubera  
 sponsae, hora iam praeteriit qua de ipsis uberibus lac  
 vobis cupiebamus immulgere, quamquam et aliis  
 diebus hoc ipsum facere possimus et soleamus. De  
 183 C uberibus siquidem apostolorum lac vobis trahimus,  
 quotiens de verbis eorum ad aedificationem vestram  
 tractamus. Nunc igitur pro tempore satis sit admonere,  
 si tamen moneri indigetis, ut sicut ubera ista diligitis  
 ita lac eorum semper concupiscatis<sup>m</sup>; ut in eo crescatis  
 185 in salutem, donec formatum in vobis exhibeatis<sup>n</sup> Sal-  
 vatorem Iesum Christum Dominum nostrum, qui vivit  
 et regnat per omnia saecula saeculorum.

Un jour, Pierre eut faim, et le ciel s'ouvrit pour lui alors  
 qu'il était encore sur la terre; et une telle abondance  
 d'aliments lui vint du ciel qu'il en reste encore beaucoup,  
 bien qu'il ait tué et mangé un grand nombre d'animaux,  
 changeant des bêtes immondes et venimeuses en lis saints  
 et couverts de fleurs<sup>1</sup>. De la sorte, il put paître avec  
 délices parmi les lis, jusqu'à ce que, le jour commençant  
 à paraître, il fût nourri glorieusement dans les cieux  
 mêmes.

Mais, tandis que nous faisons devant vous l'éloge de  
 ces deux mamelles de l'épouse, voici que l'heure s'est  
 écoulée, durant laquelle nous aurions voulu vous abreu-  
 ver plus abondamment du lait de ces deux mamelles.  
 Cependant, nous pouvons le faire en d'autres jours, et  
 nous le faisons souvent. En effet, nous tirons pour vous  
 du lait des mamelles des apôtres, chaque fois que nous  
 discourons sur leurs paroles pour votre édification.  
 Pour l'instant, étant donné le temps qui nous reste, il  
 suffira de vous avertir, si toutefois vous avez besoin d'aver-  
 tissement, que, vous qui aimez ces mamelles, vous devez  
 sans cesse désirer leur lait<sup>m</sup>, afin que par lui vous crois-  
 siez pour le salut, jusqu'à ce qu'apparaisse entièrement  
 formé en vous<sup>n</sup> le Sauveur, Jésus-Christ notre Seigneur,  
 qui vit et règne dans tous les siècles des siècles.

170 copia ciborum *I transp. M C* || 173 et *I M om. C* || 177 praeteriit *a e o* : praeterit *b d M k* || 178 cupiebamus : cupiamus *a* || aliis diebus hoc ipsum : hoc ipsum aliis diebus *a* || 187 saeculorum *a b d f k o* : saeculo-  
 rum. Amen *e g h*



## ITEM DE APOSTOLIS

Item de eo quod scriptum est : *Donec aspiret dies et inclinentur umbrae* <sup>a</sup> 1.

1. Erratis fratres in me, sed amore magis, ut arbitror,  
5 aut humilitate, quam temeritate. Putatis me Scriptu-  
183 D rarum scientiam habere, qui vix umquam attigi vel  
primum limen scientiae. Displicet enim vobis, ut mihi  
videtur, quod capitulum Scripturae de quo heri sum  
locutus non sum ad finem usque prosecutus; quasi illa  
10 mihi sit facultas ut valeam Scripturas explanare, aut  
etiam explanationes aliorum digne et congrue ad me-  
moriā revocare. Sed neque hoc mihi solet propositum  
esse ut Scripturam, unde sermonem ordior, exponam;  
sed ut de ipsa et secundum ipsam sermonem debitum  
15 suo diei persolvam.

Huc accedit quod magister noster, ille interpres Spiritus  
sancti, de toto illo carmine nuptiali loqui instituit,  
spemque dedit nobis ex eis quae iam edidit quia, si per-  
184 A venerit ad locum de quo quaeritis, *donec aspiret dies et*  
20 *inclinentur umbrae*, umbras ipsas ponet in lucem intelli-  
gentiae, quod dictum est vel erit ei in tenebris nobis  
dicens in lumine <sup>b</sup> 2. Vos tamen dicitis et recte dicitis,

<sup>4</sup> ut arbitror aut humilitate : aut humilitate ut arbitror a || 18 dedit nobis a *transp. rel.*

a. Cant. 4, 6      b. Matth. 10, 27

1. Sur tout ce sermon, voir notre Introduction, p. 66-67.

2. Il est assez évident que Guerric parle de S. Bernard. En fait l'abbé

## III<sup>o</sup> SERMON POUR LA FÊTE DES APOTRES PIERRE ET PAUL

Encore sur ce texte de l'Écriture : « Jusqu'à ce que le jour paraisse et que les ombres s'inclinent <sup>a</sup> 1. »

1. Vous vous trompez à mon sujet, mes frères ; mais je pense que c'est plutôt par affection ou par humilité, que par témérité. Vous croyez que je possède la science des Écritures, alors que c'est à peine si j'en ai jamais atteint le seuil. Vous êtes en effet contrariés, me semble-t-il, de ce que je ne suis pas allé jusqu'à la fin du texte de l'Écriture dont j'ai parlé hier ; comme si j'étais capable d'exposer à mon gré les Écritures, ou même de rappeler avec justesse et à propos les explications des autres. Mais mon intention n'est pas, d'ordinaire, d'expliquer le passage de l'Écriture par lequel je commence un sermon ; je veux seulement prendre ce texte comme thème et m'en inspirer pour m'acquitter du sermon que je dois prononcer au jour fixé.

A cela je dois ajouter que notre maître, cet interprète du Saint-Esprit, a entrepris de parler de tout ce chant nuptial, et ce qu'il a déjà composé nous laisse espérer que, s'il arrive au passage dont vous demandez l'explication — « Jusqu'à ce que le jour paraisse et que les ombres s'inclinent » —, il mettra les ombres elles-mêmes dans une lumière qui en livre le sens ; ce qui lui a été dit, ou le lui sera, dans les ténèbres, il nous le redira dans la lumière <sup>b</sup> 2. Mais vous objectez — et vous avez raison

de Clairvaux a commenté ces mots, qui figurent deux fois dans le Cantique, en les prenant non pas de *Cant.* 4, 6 comme Guerric, mais de *Cant.* 2, 17 : *Super Cant.*, 72 ; *EC* II, 225-233 (*PL* 183, 1128-1134). C'était aux environs de 1146 ; il est donc probable que Guerric a écrit ce sermon sur les Apôtres à une date antérieure. Voir Introduction, p. 24.

quia *vetera novis supervenientibus proicietis* ° ; quantoque magis incondita seu rancida fuerint vetera nostra, tanto  
 25 nova illius sapidiora erunt et gratiora. Nam et ipse Iesus servat vinum bonum ad extremum <sup>d</sup>, sciens utique quomodo nostro sit fastidio medendum.

2. Quia igitur cogitis me, nam impatientes dilatationis vos video, nec spes incerta futuri praesenti satisfacit  
 30 desiderio, ecce vobis morem gero, finemque versiculi de quo heri loquebamur suo prout potero reddam principio. Illud enim quaerere videmini quid sit aspirante die  
 184 B spiritali umbras inclinari, cum magis consequens videretur, ut non crescere sed minui tunc et deficere dicerentur. Nam si sequamur proprietatem verbi, hoc est  
 35 umbris crescere quod inclinari, cum umbrarum ea natura sit, ut quanto inclinantur tanto procumbant longiores, quantoque surgunt tanto stent minores. Unde poeta vesperum significans ait : *Maioresque cadunt altis de*  
 40 *montibus umbrae* <sup>1</sup>. Sed sciendum quia, cum haec proprietas umbrarum sit corporalium, longe alia est spiritalium, de quibus non dubitamus hic loqui Spiritum sanctum. Nam sicut corporalibus umbris inclinari est crescere, sic spiritalibus hoc est inclinari quod deponi,  
 45 minui vel deficere.

184 C Umbrae autem spiritalis <sup>2</sup> sunt umbrosi spiritus et taetri seu daemonum <sup>3</sup>, umbrae sunt

27 sit fastidio *transp.* a || 35 si *praem.* et a || 38 Unde a : Unde et *rel.* || 43 sanctum *I om. M C* || 44 est *I M om. C*

c. Lévi. 26, 10 d. Jn 2, 10

1. VIRGILE, *Bucol.* 1, 84.

2. Pour les diverses significations de l'ombre, voir tout spécialement ORIGÈNE, *Comm. in Cant.*, 3 (sur *Cant.* 2, 3); *PG* 13, 152-154. S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Moralia*, 33, 5-6; *PL* 76, 671-672.

de la faire — que « vous rejetterez les fruits anciens quand viendront les nouveaux <sup>c</sup> » ; et plus ce que je vous offre de vieux aura été fade et rance, plus les fruits nouveaux qu'il vous offrira paraîtront savoureux et agréables. En effet, Jésus lui-même sert le bon vin seulement à la fin <sup>d</sup>, sachant bien comment il faut remédier à notre dégoût.

2. Donc, puisque vous m'y contraignez — je vois en effet que vous ne pouvez souffrir aucun délai, et que l'espoir incertain de l'avenir ne saurait contenter votre présent désir — je vais vous obéir et, autant que je le pourrai, joindre la fin du verset dont je parlais hier à son commencement. Vous voudriez savoir, me semble-t-il, comment on peut dire que les ombres s'inclinent quand le jour spirituel commence à paraître ; car il semblerait plus logique de dire qu'à ce moment, les ombres ne croissent pas, mais diminuent et disparaissent. En effet, si nous nous attachons au sens propre des mots, s'incliner, pour les ombres, c'est croître, puisque leur nature est telle que, plus elles s'inclinent, plus elles s'étendent et s'allongent ; et plus elles se redressent, plus elles sont hautes et petites. Aussi le poète représente-t-il ainsi le soir qui vient : « Et des monts altiers, plus longues descendent les ombres <sup>1</sup>. » Mais il faut savoir que si telle est la propriété des ombres corporelles, tout autre est celle des ombres spirituelles ; or c'est de ces dernières, sans nul doute, que le Saint-Esprit parle ici. En effet, si, pour les ombres corporelles, s'incliner, c'est croître, inversement pour les ombres spirituelles, s'incliner, c'est s'abaisser, diminuer et disparaître.

Car les ombres spirituelles <sup>2</sup> sont les esprits ténébreux et détestables des démons ou des méchants <sup>3</sup> ; ces ombres

3. « Ego tamen umbrarum nomine hoc loco magis arbitror designatas contrarias potestates. » S. BERNARD, *Super Cant.*, 72, 5 ; *EC* II, 228 (*PL* 183, 1131 A).

tenebrae errorum ; umbrae sunt obscurae significationes veterum sacramentorum <sup>1</sup>. Et umbrae quidem significationum iam inclinatae sunt ad occasum et finem ; umbrae autem errorum de die in diem inclinantur ad diminutionem ; umbrae vero tenebrosorum spirituum tandem inclinabuntur in infernum et mortem. Primum quidem factum est cum dies aeternus aspiravit, apparens in carne ; secundum cotidie fit cum magis ac magis aspirat illustrans veritate ; tertium novissime fiet cum aspirabit rutilans in maiestate.

3. Videre autem mihi videor et alias umbras intra nos, quae velut in quodam speculo de rebus aliis nascuntur in sensu nostro, et obumbrant nobis vel obumbrant nos. Obumbrant nos quae refrigidant et obscurant nos <sup>2</sup> ; obumbrant nobis quae refrigerant et illuminant nos <sup>3</sup>. Istaes quidem noxiae et graves ; illae delectabiles et salubres. Istaes namque de inferioribus sunt et mundanis ; illae de superioribus et divinis.

Anima namque humana in quodam medio condita et posita est, ut sub ipsa esset mundus, supra ipsam Deus ; supra ipsam, a quo et ad quem et propter quem facta est ; sub ipsa, quod propter ipsam factum est. Nam sicut propter animam corpus, sic propter corpus

64 salubres *praem.* suaves vel a || 66 namque a : nemp *rel.* || 67 est *I transp.* post condita *M C*

1. Cité par H. DE LUBAC pour illustrer cet usage de *sacramentum* : *Exégèse* ... I<sup>o</sup> partie, II, p. 399, n. 6. *Héb.* 10, 1. « Sermones evangelii declarant umbram legis. » I<sup>er</sup> Sermon pour la Purification, § 4, l. 140-141. ORIGÈNE, *loc. cit.* ; *PG* 13, 153 B.

2. « Aliquando vero umbra, recedente caritate, torpor frigidae mentis accipitur. » « Iste igitur Behemoth, quia in illis quasi quandam requiem invenit, quos a veri solis ardore subtrahendo frigidus facit, sub umbra

sont les ténèbres de l'erreur ; ces ombres sont les symboles obscurs des figures anciennes <sup>1</sup>. Or les ombres des figures se sont déjà inclinées vers leur couchant et leur fin ; les ombres de l'erreur s'inclinent de jour en jour vers leur diminution ; quant aux ombres des esprits ténébreux, c'est à la fin des temps qu'elles s'inclineront vers l'enfer et la mort. La première chose a eu lieu quand le Jour éternel a paru en se manifestant dans la chair ; la seconde s'accomplit chaque jour, tandis qu'il paraît de plus en plus en éclairant par la vérité ; la troisième aura lieu au dernier jour, quand il paraîtra dans l'éclat de sa majesté.

3. Mais il me semble apercevoir d'autres ombres en nous-mêmes. Elles sont produites en notre esprit, comme sur une sorte de miroir, par les réalités extérieures à nous. Elles nous donnent de l'ombre ou nous mettent dans l'ombre. Celle qui nous mettent dans l'ombre sont celles qui nous refroidissent et nous obscurcissent <sup>2</sup> ; celles qui nous donnent de l'ombre sont celles qui nous rafraîchissent et nous illuminent <sup>3</sup>. Celles-là sont nuisibles et pénibles, celles-ci délectables et salutaires ; car les premières viennent des choses d'en bas et de ce monde, les secondes des réalités célestes et divines.

En effet, l'âme humaine a été créée et placée dans une situation médiane : au-dessous d'elle se trouve le monde ; au-dessus, Dieu. Au-dessus d'elle, Celui par qui, pour qui et à cause de qui elle a été faite ; au-dessous d'elle, ce qui a été fait à cause d'elle. Car, de même que le corps a été fait pour l'âme, de même a été faite pour le corps

dormire perhibetur. » S. GRÉGOIRE LE GRAND, *loc. cit.* ; *PL* 76, 871 B, 872 A.

3. Cf. ORIGÈNE : « ... ad umbram Christi ... in umbra vitae, et in umbra veritatis » ; *loc. cit.*, 153 B. « Et bona fidei umbra, quae lucem temperat oculo caliganti, et oculum praeparat luci. » S. BERNARD, *Super Cant.*, 31, 9 ; *EC* I, 225 (*PL* 183, 944 D).

domus eius, id est mundus<sup>1</sup>. Cum igitur incurvatur ad corporalia vel mundana, ascendunt in eam umbrae  
 185 A de inferioribus; cum erigitur ad divina, inclinatur  
 super eam umbrae de superioribus. Illius enim rei quam  
 75 cogitat umbram sibi format<sup>2</sup>.

Quamquam de divinis satis dubia umbra est quantumcumque cogitationis exacuatur acies, aut certe non umbra ipsius rei sed aliud pro illa est, nisi cum aspirat ille dies. Nam tunc quoque non videtur, ut arbitror,  
 80 nisi umbra, quae etsi luminosa etsi gloriosa est, tamen umbra est, sicut cum in facie speculi tersa et lucida splendidissimae rei splendens imago resultat.

Ceterum videre faciem veritatis ipsius vel veritatem faciei eius, sicut numquam erit huius corporis, ita nec  
 85 modo est huius temporis<sup>3</sup>; nec aliquando erit, donec corpus dissolvat mortalitas aut absolvat immortalitas et tempus absorbebit aeternitas, et spiritum, qui nunc  
 185 B gravatur corpore et mutatur tempore, sublevabit ad se et firmabit in se immortalis et immutabilis divinitas.  
 90

76 quantumcumque *I M* : quantum cum *C* || 77 exacuatur *I* : acuat *M C* || 78 aspirat *I M* : aspiet *C* || 88 et *I M om. C*

1. « Nimirum in libertate posuit eum Deus, ut inter summa et infima versans, et in illa excederet sine difficultate, et ad haec sine illecebra aut necessitate descenderet. » S. BERNARD, *Septuag.*, 2, 2; *EC IV*, 351 (*PL* 183, 167 B). « Duo sunt loca animae rationalis; inferior, quem regit, et superior, in quo requiescit. Inferior, quem regit, corpus; superior, in quo quiescit, Deus. » *De diversis*, 84, 1; *PL* 183, 701 B.

2. L'image de l'âme courbée vers les choses corporelles ou élevée vers Dieu rappelle la doctrine de S. BERNARD : « Quid enim indecentius, quam curvum recto corpore gerere animum? » « Ergo quaerere et sapere quae sunt super terram curvitas animae est; et, e regione, meditari ac desiderare quae sursum sunt, rectitudo. » *Super Cant.*, 24, 6, 7; *EC I*, 157, 159 (*PL* 183, 897 A, 897 CD).

L'auteur parle de la connaissance de Dieu selon l'analogie d'une ombre formée intérieurement dans la connaissance naturelle. On pourrait comparer une doctrine plus élaborée de GUILLAUME DE SAINT-THIERRY : « Sur le

sa maison, qui est le monde<sup>1</sup>. Ainsi donc, quand elle se courbe vers les choses corporelles et qui sont de ce monde, les ombres venant d'en bas montent vers elle; quand elle s'élève vers les réalités divines, les ombres d'en haut s'inclinent sur elle. Elle se façonne en effet une ombre de l'objet auquel elle pense<sup>2</sup>.

L'ombre des choses divines, il est vrai, est bien incertaine, quelle que soit l'acuité acquise par le regard de l'intelligence; plus exactement, ce n'est pas l'ombre de la réalité elle-même, mais quelque chose qui en tient lieu, sauf quand vient à paraître ce Jour. Et même alors, je pense qu'on ne voit rien qu'une ombre qui, même lumineuse, même glorieuse, n'est pourtant qu'une ombre : ainsi se reflète sur la surface nette et limpide du miroir la brillante image d'un objet resplendissant.

Mais voir la face de la vérité elle-même, ou la vérité de sa face, cela ne sera jamais possible à ce corps, et de même, cela n'appartient pas au temps de la vie présente<sup>3</sup>; cela ne pourra être que quand la mort aura détruit le corps ou que l'immortalité l'en aura délivré, quand l'éternité absorbera le temps, et quand la divinité immortelle et immuable élèvera jusqu'à elle et fixera en elle l'esprit, qui à présent est alourdi par le corps et soumis au changement par le temps.

plan de la sensibilité, où le corps est l'instrument, l'acte de la sensation consiste en la réalisation dans l'esprit, par l'entremise d'une image mentale, d'une certaine ressemblance avec l'objet senti conforme à la nature du sens récepteur et de l'objet sensible. Si l'objet de la sensation, par exemple, intéresse la vue, le sujet, en aucune façon, ne pourra le voir, qu'en son esprit, d'abord, ne se dessine l'élément visible de cet objet, en la forme d'une image ressemblante, qui transforme le sujet sentant en l'objet senti. Pareille opération, à un plus haut degré, la vision de Dieu l'effectue dans le sens de l'amour, par lequel on voit Dieu. » *Super Cant.*, 94; *SC* 82, p. 219.

3. « ... quamdiu hic mortaliter vivitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturae suae speciem non potest; ut anima, gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim ejus essentialae non pertingat. » S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Moralia*, 18, 88; *PL* 76, 92.

4. Initium huius gratiae et perfectionem illius gloriae Paulus satis proprie distinguebat cum dicebat : *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem* <sup>o</sup>.

95 Ut autem et hoc ipsum sit, scilicet ut videamus per speculum, opus est non solum ut facies speculi nostri ab omni phantasmate et umbra corporalium tersa sit, sed etiam ut ille sublimis habitans lucem inaccessibleem <sup>f</sup> dignetur ad nos inclinari, et vel per umbram  
100 suae imaginis manifestari. Quantumcumque enim contendamus a visibilibus ad invisibilia, nihil nostra apprehendet  
185 C humilitas, nisi condescendat illa maiestas. *Moses ascendit in montem* <sup>g</sup>, et Dominus inclinavit coelos et descendit <sup>h</sup>. Et alius : *Exurge*, inquit, *in occursum meum*  
105 *et vide* <sup>i</sup>. Ideo nec umbra videtur nisi inclinetur, nec inclinari dicitur nisi aspirante die; quia neque *per speculum et in aenigmate* possumus Deum videre, nisi inclinante se maiestate et aspirante favore gratiae <sup>l</sup>.  
Sane hoc ipsum quod umbra vocatur comparatione  
110 veritatis manifestae, ineffabilis plerumque gloriae est et splendoris, in illis scilicet quorum est perlucidum speculum mentis. Cuius felicitis experientiae Paulus sibi conscius de se sibi que similibus loquebatur : *Nos vero omnes gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a*  
115 *Domini Spiritu* <sup>j</sup>. Sic enim in repromissione dictum est : *Implebit splendoribus animam tuam* <sup>k</sup>. Ut autem claritates istas umbras esse noveris, audi David : *Dies mei,*

96 non solum ut : ut non solum a || 99 et om. a || 110 veritatis manifestae  
I transp. M C || 114 speculantes I (exc. e) M (exc. f) : speculamur e f C

e. I Cor. 13, 12 f. I Tim. 6, 16 g. Ex. 24, 18 h. Ps. 17, 10  
i. Ps. 58, 6 j. II Cor. 3, 18 k. Is. 58, 11

4. Paul distinguait de façon très précise le commencement qu'opère cette grâce, et la perfection qu'apportera cette gloire, quand il disait : « Nous voyons maintenant comme dans un miroir et en énigme, mais alors ce sera face à face <sup>o</sup>. »

Or, pour que nous soit accordée cette vision dans un miroir et en énigme, il ne suffit pas que la surface de notre miroir soit nette de toute image et de toute ombre des choses corporelles; il faut encore que cet Être très-haut, qui habite une lumière inaccessible <sup>f</sup>, daigne s'incliner vers nous et se manifester à nous, ne serait-ce que par l'ombre de son image. Quels que soient en effet nos efforts pour nous élever des choses visibles aux invisibles, notre bassesse n'atteindra rien, si cette majesté ne s'abaisse pas. Moïse gravit la montagne <sup>g</sup>, et le Seigneur inclina les cieus et descendit <sup>h</sup>. Et un autre dit : « Lève-toi pour venir à ma rencontre et regarde <sup>i</sup>. » Donc, l'ombre elle-même ne peut être vue si elle ne s'incline, et on ne peut dire qu'elle s'incline, sinon quand le jour paraît : car nous ne pouvons pas même voir Dieu dans un miroir et en énigme, si sa majesté ne s'incline et sans que paraisse la faveur de sa grâce <sup>l</sup>.

En vérité, ce qu'on appelle ombre en comparaison de la vérité clairement manifestée, est d'ordinaire d'une gloire et d'une splendeur ineffables, du moins en ceux dont le miroir intérieur est d'une transparence parfaite. Paul, conscient d'avoir fait cette très heureuse expérience, disait de lui et de ses semblables : « Mais nous tous qui contemplons la gloire du Seigneur, nous sommes transformés en la même image, de clarté en clarté, par l'action de l'Esprit du Seigneur <sup>j</sup>. » C'est ainsi qu'il a été promis : « Il remplira ton âme de splendeurs <sup>k</sup>. » Mais, afin que tu saches que ces clartés ne sont que des

1. Cf. S. AUGUSTIN, *De Trin.*, 15, 14; *PL* 42, 1067-1068; et voir la note au § 4, l. 164 du *II<sup>e</sup> Sermon pour l'Avent*.

inquit, *sicut umbra declinaverunt*<sup>1</sup>. Transibat quidem  
120 et ipse David de claritate in claritatem tamquam de  
die in diem.

Sed heu, tam breves et obscuros dies, tam longas et  
laboriosas noctes habet hiems ista, ut et propheta labo-  
rans in gemitu suo, lavansque per singulas noctes lectum  
125 lacrimis<sup>m</sup> merito plangat : *Dies mei sicut umbra decli-*  
*naverunt*<sup>n</sup>. Prorsus *melior est dies una in atriis tuis*  
*super millia*<sup>o</sup> dierum meorum ; quia *dies mei sicut*  
*umbra* quamvis lucida, dies illa una lux vera et mera,  
sicut sine umbra sic sine vespera ; cum dies meos faciat  
130 plurimos et brevissimos assidua longarum noctium  
186 A interpolatio.

5. Ceterum si quaeratur cur umbrae pluraliter dictae  
sint, cum res ipsa cuius umbrae sunt una sit : ideo nimi-  
rum quia nunc minus nunc amplius nobis Altissimi  
135 virtus obumbrat<sup>p</sup>, nunc obscurius nunc manifestius  
veritas sese nobis innotescens adumbrat ; et sicut non  
aequaliter semper spirat, ita nec similiter semper nobis  
imagines format<sup>1</sup>. Hoc et Apostolus innuit, qui transire  
se confitetur a claritate in claritatem<sup>q</sup>, a minore scilicet  
140 in maiorem ; et propheta qui non splendore sed splen-  
doribus implendam promittit fidelem animam<sup>r</sup>. Sic  
Iacobus Deum memorat Patrem luminum<sup>s</sup>, cum lumen  
cuius Pater est et unum sit et unicum ; quamquam sic  
186 B possit intelligi Pater luminum quomodo Pater miseri-  
145 cordiarum<sup>t</sup>.

143 et <sup>1</sup> *I om. M C*

1. Ps. 101, 12    m. Ps. 6, 7    n. Ps. 101, 12    o. Ps. 83, 11    p.  
Lc 1, 35    q. II Cor. 3, 18    r. Is. 58, 11    s. Jac. 1, 17    t. II Cor.  
1, 3

 110 praepararet. Nullus tunc, sicut nunc, passim cernitur honoratus sine honestate, sicut nec ullus honestus sine honore. Est ergo Iesus primo suavitas odoris his quos vocat, deinde honestas his quos iustificat, demum honor illis quos magnificat. Nam *quos praedestinavit, hos et*  
 115 *vocavit ; et quos vocavit, hos et iustificavit ; quos autem iustificavit, illos et magnificavit* <sup>n</sup>.

108 statum tunc in nobis : tunc in nobis statum <sup>a</sup>

m. Ps. 33, 9 n. Rom. 8, 30 (magnificavit : glorificavit Vlg)

1. La doctrine des cinq sens spirituels provient d'ORIGÈNE, *Comm. in Cant.*, 1 (sur 1, 3.4) ; *PG* 13, 93-97. Voir O. ROUSSEAU, Introduction à *SC* 37 (ORIGÈNE, *Homélie sur le Cantique*), p. 21-25. Cf. S. GRÉGOIRE LE GRAND,

ivresse de la joie et de l'amour. Mais on ne peut s'enivrer en en goûtant la saveur que si l'on a été d'abord attiré par la suavité de son parfum ; et l'on ne peut être rempli d'allégresse par la joie de la vision que si l'on a d'abord été séduit par ce que l'on croit pieusement. En effet, si nous ne croyons pas, nous ne comprendrons pas et nous ne goûterons pas « combien le Seigneur est doux <sup>m</sup> ». C'est en effet la foi qui perçoit le parfum, et c'est l'expérience qui goûte et jouit. C'est peut-être pourquoi Marie, décrivant son Jésus d'après ses pouvoirs et ses opérations, le nomme en premier lieu « Suavité de l'odeur » : car Jésus commence à se trouver en nous lorsqu'il nous attire à lui par le parfum de ce que nous croyons saintement <sup>1</sup>.

Mais quel est le fruit d'où provient cette odeur, et ce vers quoi elle nous entraîne, Marie le révèle en ajoutant : « Et mes fleurs sont des fruits d'honneur et d'honnêteté. » Assurément, Jésus est tout cela : la suavité de l'odeur qui attire, l'honnêteté qui sanctifie, l'honneur qui glorifie ; la suavité de l'odeur qui nous amène, pour ainsi dire, à l'entrée de la voie ; l'honnêteté qui nous guide dans cette voie ; l'honneur vers lequel nous sommes conduits. Or on dit avec raison que l'honnêteté est comme un « honneur stable ». En effet, jamais l'honneur de la dignité et de la gloire suprêmes ne pourra se trouver en nous d'une façon stable, dans l'éternité, si dans le temps présent l'honnêteté de la vie et des mœurs ne lui préparent un siège. Alors nul ne sera, comme cela se voit maintenant un peu partout, honoré sans honnêteté, ou honnête sans être honoré. Jésus est donc d'abord « suavité de l'odeur » pour ceux qu'il appelle ; puis « honnêteté » pour ceux qu'il justifie ; enfin « honneur » pour ceux qu'il exalte. Car « ceux qu'il a prédestinés, il les a appelés ; ceux qu'il a appelés, il les a justifiés ; et ceux qu'il a justifiés, il les a exaltés <sup>n</sup> ».

*Moralia*, 5, 66 ; *PL* 75, 715-716. S. BERNARD, *De diversis*, 10 ; *PL* 183, 567-569.

5. *Talis est igitur dilectus meus*, ait Maria, *et iste est Filius meus, o filiae Ierusalem* <sup>o</sup>. Iste est benedictus fructus ventris mei <sup>p</sup>; hunc fructificaverunt flores mei. Non ait, 203 A *flos*, sed *flores*; quia cum virgo sancta est, flos virginitatis in ea multiformis est. In Maria tamen gratia singulari prae omnibus multipliciter floruit, quae tota pulchra intus et foris, tota vernabat quadam florulentia et venustate pudoris.

125 Nam et in te quoque si castimonia perfecta sit, non solum reflorabit caro tua, sed et super te totum efflorebit sanctificatio quaedam divina <sup>q</sup>. Non erit aspectus petulans aut vagus, sed pudicitia floridus; non sermo lascivus aut ineptus, sed verecundia gratus aut sapientia conditus.

130 Non prurient aures libidine audiendi nova vel turpia, nec palatum desiderio sumendi dulcia. Non erit incessus inordinatus, sed modestus; non ipse habitus non dicam meretricius, sed neque superstitiosus, immo religiosus <sup>1</sup>;

203 B totusque hominis tui status sanctimoniae gratia florulentus; ut recte Sponso dicere possis, cum eum ad secretum tuum invitaveris: *Lectulus noster floridus* <sup>r</sup>. Quinimmo ipse totus eris quidam flos pulcherrimus, qualibus sponsa languorem amoris sui fulciri ac recreari desiderat, cum ait: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore*

140 *languo* <sup>s</sup>.

Huiusmodi iustus, etiam cum *senuerit in terra radix*

122 floruit: effloruit a || 127 quaedam om. a || 136 Lectulus: Lectus / Luctus e

o. Cant. 5, 16 p. Lc 1, 42 q. Ps. 131, 18 r. Cant. 1, 15 s. Cant. 2, 5

1. « Nihil torvum in oculis [Mariae], nihil in verbis procax, nihil in actu inverecondum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulan-

5. « Tel est donc mon Bien-Aimé, dit Marie; et il est mon Fils, ô Filles de Jérusalem. Il est le fruit béni de mes entrailles <sup>p</sup>, c'est lui qu'ont produit mes fleurs. » Elle ne dit pas « ma fleur », mais « mes fleurs », parce que, lorsqu'une vierge est sainte, en elle la fleur de la virginité est multiple. Mais en Marie, par une grâce unique, cette fleur s'est multipliée plus qu'en toutes les autres vierges; toute belle au-dedans et au-dehors, elle était revêtue tout entière d'un éclat printanier par l'efflorescence et le charme de sa chasteté.

Et en toi-même, si tu arrives à la perfection de la chasteté, non seulement ta chair reflorira, mais encore une sainteté ayant quelque chose de divin s'épanouira sur tout ton être <sup>q</sup>. Ton regard ne sera plus déréglé ou égaré, mais fleuri par la pudeur; ta parole ne sera plus sans retenue ou déplacée, mais rendue aimable par la réserve ou assaisonnée par la sagesse. Les oreilles ne te démangeront plus dans le désir d'entendre des nouveautés ou des turpitudes, ni le palais par l'appétit de mets savoureux. Ta démarche ne sera plus désordonnée, mais modeste. Ton vêtement ne sera plus, je n'oserais dire recherché comme celui d'une courtisane, mais même pas trop soigné: il sera seulement religieux <sup>1</sup>. Et ta personne entière sera toute fleurie par la grâce de la pureté, de sorte que tu pourras dire en toute vérité à l'Époux quand tu l'inviteras à venir à toi pour une visite intime: « Notre petit lit est fleuri <sup>r</sup>. » Bien plus, tu seras tout entier comme une fleur exquise, une de ces fleurs avec lesquelles l'Épouse désire être soutenue et réconfortée dans sa langueur d'amour, quand elle dit: « Soutenez-moi avec des fleurs, entourez-moi de pommes, car je languis d'amour <sup>s</sup>. »

Un tel juste, quand bien même « sa racine aurait vieilli

tior; ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. » S. AMBROISE, *De virginibus*, 2, 7; PL 16, 209 B.

*eius et in pulvere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem  
 aquae vivae in resurrectione, id est in refectione ius-  
 torum*<sup>1</sup>, *germinabit sicut lilium et florebit in aeternum*  
 145 *ante Dominum*<sup>t</sup>, *florem de flore, natum virginem vir-*  
*ginis Filium, Sponsum et coronam virginum; florem,*  
 203 C *inquam, quo coronanda est non solum integritas virgi-*  
*num, sed et castitas continentium; ipsi gloria per omnia*  
*saeculorum saecula.*

149 saeculorum saecula a transp. b d f k o saecula saeculorum. Amen e g h

1. Responsorium in officio unius Confessoris. Cf. Os. 14, 6. Is. 27, 6; 35, 1.2

dans la terre et son tronc serait mort », lorsqu'il sentira « l'odeur de l'eau vive » à la résurrection, c'est-à-dire quand sera venu pour les justes le temps de refleurir<sup>1</sup>, « il germera comme le lis et fleurira éternellement devant le Seigneur<sup>t</sup> », devant cette fleur issue d'une fleur, Fils vierge né de la Vierge, Époux et couronne des vierges; fleur, dis-je, qui ne couronnera pas seulement l'intégrité des vierges, mais aussi la chasteté des continents. A lui soit la gloire dans tous les siècles des siècles.

1. « *Et reffloruit caro mea, id est, et resurrexit caro mea.* » S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 27, 7*; CC 38, 169 (PL 36, 212). « *Hic plantamur, in regno coelorum florebitur.* » S. JÉRÔME, *Tract. de Ps. 91* (sur v. 14); CC 78, 141 (texte différent dans PL 26, 1105 B). « *In atris enim merito florebit, quando in illo resurrectionis initio auditi muneris felicitate gaudebit, id est; Venite, benedicti Patris mei...* » CASSIODORE, *Exp. in Ps. 91, 14*; CC 98, 841 (PL 70, 860).

## DE EODEM SERMO SECUNDUS

1. *Ego mater pulchrae dilectionis et timoris, et agnitionis et sanctae spei* <sup>a</sup>.

Meminisse potestis, cum praeterito anno loqueremur  
5 de principio lectionis hodiernae, non inconvenienter ut  
arbitror beatae Dei genitrici nos illud assignasse, salvo  
tamen intellectu illo, quo tota lectio eiusdem Filio proprie  
competit, id est Dei Sapientiae <sup>1</sup>. Multo autem mani-  
festius in eo quod modo de eadem lectione proposuimus,  
10 eiusdem virginis se demonstrat vox et persona, si tamen  
203 D advertamus in eo quod ait, *Ego mater pulchrae dilectionis* etc., quam pulchre et commode Filium his virtutum nominibus describat.

Notus erat matri Filium, nec minus utique quam illi  
15 qui dicebat : *Et si cognovimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus* <sup>b</sup>. Primo novit eum secundum formam carnis, in qua ipsa eum genuit ; sed longe hoc a cognitione illius formae, in qua Pater eum genuit <sup>c</sup>.  
In illa visus est aliquando, et non erat ei aspectus neque  
20 decor <sup>d</sup> ; in ista splendor gloriae <sup>e</sup> est et candor lucis aeternae <sup>f</sup>, *apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio* <sup>g</sup>. Visio illius formae incredulis auxit peccatum, visio istius iustis servatur in praemium.

204 A Igitur inter formam carnis et formam Verbi quasi

6 illud *I M* : istud *C* || 7 eiusdem Filio *I* (*exc. d*) *transp. d M C* || 17 ipsa cum *a d transp. b e M* (*exc. h*) *C ipsa om. h* || 19 aspectus *I* : species *M C* || 20 gloriae est *I g transp. M* (*exc. g*) *C*

a. Sir. 24, 24    b. II Cor. 5, 16 (secundum carnem Christum Vig)    c. Phil. 2, 7    d. Is. 53, 2    e. Hébr. 1, 3    f. Sag. 7, 26    g. Jac. 1, 17

## II<sup>e</sup> SERMON POUR LA NATIVITÉ DE LA BIENHEUREUSE MARIE

1. « Je suis la mère du bel amour, et de la crainte, et de la connaissance, et de la sainte espérance <sup>a</sup>. »

Peut-être vous en souvenez-vous, l'an dernier, en commentant le début du texte que nous lisons aujourd'hui à l'office, je l'ai appliqué à la bienheureuse Mère de Dieu, non sans convenance je crois. Je n'avais pas rejeté pour autant l'interprétation selon laquelle tout ce passage concerne proprement son Fils, c'est-à-dire la Sagesse de Dieu <sup>1</sup>. Mais dans le passage de la même lecture que je vous propose aujourd'hui, les paroles mêmes et la personne de la Vierge se laissent reconnaître beaucoup plus clairement encore. Remarquez en effet combien, en disant : « Je suis la mère du bel amour », etc., elle décrit son Fils d'une manière juste et belle sous le nom de ces vertus.

La Mère connaissait son Fils aussi bien assurément que celui qui disait : « Même si nous avons connu le Christ selon la chair, nous ne le connaissons plus ainsi maintenant <sup>b</sup>. » Elle l'a connu d'abord selon la forme de la chair, dans laquelle elle l'a mis au monde ; mais cela est très éloigné de la connaissance de cette forme en laquelle le Père l'a engendré <sup>c</sup>. Dans la première, on l'a vu à un moment déterminé du temps, et il n'avait ni apparence ni beauté <sup>d</sup> ; en la seconde, il est la splendeur de la gloire <sup>e</sup> et l'éclat de la lumière éternelle <sup>f</sup> « en laquelle il n'y a ni changement ni ombre d'une variation <sup>g</sup> ». La vue de la première forme augmenta le péché des incrédules, la vision de l'autre est réservée comme récompense pour les justes.

1. I<sup>er</sup> Sermon pour la Nativité de la Vierge, § 2, 41-45.

25 medius de ista ad illam gradus est, quaedam alia forma  
Christi, spiritualis quidem sed quam in carne palam  
exhibuit, forma scilicet vitae quam in corpore gessit ad  
informationem eorum qui erant credituri<sup>h</sup>. Si enim  
secundum exemplar vitae et morum, quod in eo mons-  
30 tratum est, formatus fuerit in nobis Christus<sup>1</sup>, tunc  
demum idonei erimus videre non solum formam, quae  
formata est propter nos, sed etiam illam quae formavit  
nos.

2. Est itaque in Christo alia forma corporalis, alia  
35 moralis, alia intellectualis. In corporali frater est; in  
morali magister est; in intellectuali Deus noster est<sup>1</sup>.  
Corporalem suscepit, ut impleret sacramentum; moralem  
204 B exhibuit, ut praeberet exemplum; intellectualem seu  
divinam revelabit ad praemium<sup>2</sup>. Quamquam etiam  
40 corporalem tunc cernere, in quam angeli concupiscunt  
prospicere<sup>l</sup>, non minima sit portio gloriae. Beatus autem  
qui nunc amator factus est formae huius quae in exem-  
plum est proposita; nam qui scrutator est illius quae  
in praemium est reposita, opprimetur a gloria<sup>k</sup>.  
45 Huius formae mirator et amator factus erat qui dice-  
bat : *Speciosus forma prae filiis hominum*<sup>1</sup>. Vis scire  
quia non formam corporis sed cordis, non pulchritu-

26 palam om. a || 34 itaque mss : utique Mab. || 40 tunc cernere transp.  
a || 42 factus est formae huius : formae factus est, huius formae d || huius :  
illius a

h. I Tim. 1, 16 i. Gal. 4, 19 j. I Pierre 1, 12 k. Prov. 25,  
27 l. Ps. 44, 3

1. Cette forme intellectuelle fait penser au νοῦς de PLOTIN, qui est une  
image de l'Un : *Ennéade*, 5, 1, 7; née de la conversion vers l'Un : *Enn.*,  
5, 2, 1. Voir notre Introduction, p. 35. DAVID KNOWLES, *The evolution  
of medieval thought* (1962); sur Plotin, p. 24-25; sur S. Augustin, p. 44-45.

Or, entre la forme de la chair et la forme du Verbe,  
il existe comme un degré intermédiaire par lequel on peut  
s'élever de l'une à l'autre, comme une troisième forme  
du Christ : elle est spirituelle, il est vrai, et cependant il  
l'a montrée ouvertement dans sa chair. C'est la forme de  
la vie qu'il a menée dans son corps pour servir de modèle  
à ceux qui devaient croire<sup>h</sup>. C'est seulement en effet si  
le Christ est formé en nous<sup>1</sup> selon l'exemplaire de vie et  
de conduite qui nous a été montré en lui, que nous serons  
en état de voir non seulement la forme qui a été formée  
à cause de nous, mais celle aussi qui nous a formés.

2. Il y a donc dans le Christ une forme corporelle, une  
forme morale, une forme intellectuelle. Dans la forme  
corporelle, il est notre frère; dans la forme morale, il est  
notre maître; dans la forme intellectuelle, il est notre  
Dieu<sup>1</sup>. Il a assumé la forme corporelle afin d'accomplir  
son mystère; il a présenté la forme morale pour donner  
l'exemple; il révélera la forme intellectuelle ou divine  
pour qu'elle serve de récompense<sup>2</sup>. Cependant, même  
alors, la vue de sa forme corporelle, que les anges sont  
avides de contempler<sup>l</sup>, ne constituera pas une part  
minime de la gloire. Mais bienheureux celui qui présen-  
tement a été saisi par l'amour de cette forme qui nous  
a été offerte en exemple; car celui qui prétend scruter  
celle qui est réservée comme récompense sera accablé  
par la gloire<sup>k</sup>.

De cette forme, il était devenu l'admirateur et l'amant,  
celui qui disait : « Tu es beau par ta forme, plus que les  
fils des hommes<sup>1</sup> ! » Veux-tu la preuve qu'il ne louait pas  
pas la forme du corps, mais celle du cœur, non la beauté

\* Forma divina a Guericco 'forma intellectualis' vocatur, forsan quia  
Filius et Verbum per intellectum a Patre procedit, et Sapientia Dei est. »  
DE WILDE, p. 31, note 7.

2. Cf. II<sup>o</sup> Sermon pour la Résurrection, § 1, l. 7-9. « Sacramento suae  
resurrectionis operatus est nobis resurrectionem primam, et exemplo ejusdem  
suae resurrectionis operabitur nobis secundam. »

dinem membrorum sed morum praedicabat? Audi sequentia : *Specie, inquit, tua et pulchritudine tua intende,*  
 50 *prospera procede et regna.* Adhuc fortasse dubium est, nisi  
 204 C addat : *Propter veritatem, inquit, et mansuetudinem et*  
*iustitiam*<sup>m</sup>. Prorsus haec est species tua et pulchritudo  
 tua qua regnum acquisisti, pulcherrime regum, veritas  
 utique sermonum, mansuetudo morum, iustitia iudicio-  
 55 rum.

Hac pulchritudine facile illexisti et subiecisti tibi  
 etiam corda inimicorum, quippe totus concupiscentia et  
 desiderium. Mirabilis triumphus gratiae, novum omnino  
 ac pulcherrimum genus victoriae, hostem non perdere  
 60 ad mortem fortitudine, sed convertere ad amorem pul-  
 chritudine. *Ecce totus mundus post eum abiit*<sup>n</sup> concupis-  
 cens speciem decoris eius, non quia faciem eius viderit,  
 sed quia tam multa amabilia de mansuetudine et veri-  
 tate et iustitia eius audivit. *Ex Sion species decoris*  
 65 *eius*<sup>o</sup>, *quia de Sion exivit lex, et verbum Domini de Ieru-*  
 204 D *salem*<sup>p</sup> ; unde scilicet evangelium ad nos missum est,  
 in quo quaedam pulchrior Christi facies ostensa est, forma  
 scilicet vitae et doctrinae, quam et tradidit verbo et in  
 se expressit exemplo.

70 **3.** In hac forma nosse Christum interim pietas est  
 christianorum, cum nosse in forma carnis scandalum  
 fuerit iudaeorum<sup>q</sup> ; nam nosse in forma divinitatis felicitas  
 est et gaudium angelorum. Ideo et Paulus, sciens quia  
*caro non prodest quidquam*, sine Spiritu videlicet qui  
 75 vivificat<sup>r</sup>, nosse iam Christum secundum carnem repu-  
 diat<sup>s</sup>, nimirum ut Spiritui vivificanti studiosius totus  
 intendat.

des membres, mais celle de la conduite? Écoute ce qui  
 suit : « Par ta splendeur et ta beauté, va, avance avec  
 succès et règne. » Peut-être subsisterait-il encore un doute,  
 s'il n'ajoutait : « A cause de la vérité, de la mansuétude  
 et de la justice<sup>m</sup>. » Assurément, voilà quelles sont ta  
 splendeur et ta beauté, par lesquelles tu as conquis ton  
 royaume, ô le plus beau des rois : ce sont la vérité des paro-  
 les, la mansuétude de la conduite, la justice des jugements.

Par cette beauté, tu as facilement attiré et tu t'es  
 soumis même les cœurs de tes ennemis, parce que tu es  
 tout entier aimable et désirable. Admirable triomphe de  
 la grâce, victoire d'un genre nouveau et beau entre tous :  
 ne pas détruire l'ennemi en le faisant périr par la force,  
 mais le transformer en lui inspirant l'amour par la beauté.  
 « Voici que tout le monde s'en va à sa suite<sup>n</sup> », attiré par  
 l'éclat de sa beauté, non pas parce qu'ils ont vu son visage,  
 mais parce qu'ils ont entendu dire tant de choses aimables  
 de sa mansuétude, de sa vérité et de sa justice. « L'éclat  
 de sa beauté vient de Sion<sup>o</sup>, parce que de Sion est sortie  
 la loi, et la parole du Seigneur de Jérusalem<sup>p</sup>. » Car  
 c'est de là que nous a été envoyé l'Évangile, dans lequel  
 nous a été montré comme un visage plus beau du Christ :  
 la forme de la vie et de l'enseignement qu'il a livrée par  
 la parole et exprimée en lui-même par l'exemple.

**3.** Connaître le Christ en cette forme constitue, dans  
 la vie présente, la piété des chrétiens ; le connaître dans  
 la forme de la chair a été le scandale des Juifs<sup>q</sup> ; le  
 connaître dans la forme de la divinité est la félicité et la  
 joie des anges. C'est pourquoi Paul, sachant que « la  
 chair ne sert de rien » sans l'esprit qui vivifie<sup>r</sup>, ne veut  
 plus connaître le Christ selon la chair<sup>s</sup>, afin de se tourner  
 tout entier avec plus d'application vers l'esprit vivifiant.

49 inquit, tua *b e h transp. d f g k o* inquit om. *a* || 50 fortasse *I* : for-  
 tassis *M C* || 56 facile *I M* : facili *C* || 61 totus mundus *I transp. M (exc. g)*  
*C* totus om. *g* || 63 et *I om. M C*

*m. Ibid. 5*    *n. Jn 12, 19 (mundus totus VIg)*    *o. Ps. 40, 2*    *p. Is.*  
*2, 3 (exhibit VIg)*    *q. I Cor. 1, 23*    *r. Jn 6, 63*    *s. II Cor. 5, 16*



Hoc ipsum et Maria sapere videtur quae dilectum utri  
 205 A sui, dilectum votorum suorum insinuare cupiens affec-  
 80 tibus omnium, describit eum non secundum carnem sed  
 secundum Spiritum ; quasi diceret et ipsa : Et si cognovi  
 Christum secundum carnem, sed nunc iam non novi <sup>t</sup>.  
 Cupit namque et ipsa formare Unigenitum suum in  
 85 omnibus filiis adoptionis, qui etsi geniti sunt verbo  
 veritatis <sup>u</sup>, nihilominus tamen parturit eos cotidie desi-  
 derio et cura pietatis <sup>1</sup>, donec occurrant *in virum per-*  
*fectum, in mensuram plenitudinis aetatis* <sup>v</sup> Filii sui,  
 quem semel parturivit et peperit ; immo ut Isaias ait :  
 90 *Antequam parturiret peperit* <sup>w</sup> ; quia peperit sine dolore,  
 nec experta est difficultatem et molestiam parturitionis,  
 cum pareret gaudii fructum aeterni <sup>2</sup>.  
 205 B 4. Hunc ergo commendans nobis sic ait : *Ego mater*  
*pulchrae dilectionis et timoris, et agnitionis et sanctae*  
*spei* <sup>x</sup>. Ergone iste est Filius tuus, o virgo virginum ?  
 95 *Ergone talis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum ?*  
*Plane talis est dilectus meus et ipse est Filius meus, o*  
*filiae Ierusalem* <sup>y</sup>. Dilectus meus est pulchra dilectio in  
 seipso ; dilectus meus est pulchra dilectio, timor et spes  
 et agnitio in illo qui natus est ex ipso <sup>z</sup>.  
 100 Ipse enim est non solum quem diligimus, timemus,  
 agnoscimus et in quem speramus ; sed haec etiam omnia  
 in nobis operatur ; atque his virtutibus veluti quibusdam

90 et molestiam parturitionis : parturitionis et molestiam a || 101 etiam  
 omnia in nobis operatur : omnia operatur in nobis a

t. *Ibid.* u. Jac. 1, 18 v. Éphés. 4, 13 w. Is. 66, 7 x. Sir. 24,  
 44 y. Cant. 5, 9.16 z. Jn 1, 13

1. Cf. I<sup>er</sup> Sermon pour l'Assomption, § 3, l. 73 s. Voir les textes d'Isaac de l'Étolle, cités par De Wilde, p. 98, note 4. « Voici ta Mère. Tous les besoins montent jusqu'à son cœur ; car ses entrailles sont émues pour son enfant. *Ecce mater tua!* » Odon de Morimond, d'après un manuscrit déjà cité par

Or Marie semble partager le même sentiment lorsque, désirant faire pénétrer dans les cœurs de tous le Bien-Aimé né de son sein, le Bien-Aimé de ses désirs, elle le décrit non selon la chair, mais selon l'esprit ; elle semble dire elle aussi : « Même si j'ai connu le Christ selon la chair, maintenant je ne le connais plus ainsi <sup>t</sup>. » Elle désire en effet, elle aussi, former son Fils unique dans tous ses fils d'adoption. C'est pourquoi, bien qu'ils aient déjà été engendrés par la parole de vérité <sup>u</sup>, elle n'en continue pas moins à les enfanter chaque jour par les désirs et la sollicitude de sa tendresse <sup>1</sup>, jusqu'à ce qu'ils atteignent « l'état d'homme parfait, la mesure de la plénitude de l'âge <sup>v</sup> » de son Fils, qu'elle a une fois pour toutes enfanté et mis au monde ; ou plutôt, comme le dit Isaïe, qu'elle « a mis au monde avant d'être dans les douleurs <sup>w</sup> », car elle a mis au monde sans souffrance et n'a pas connu les peines et les douleurs de l'enfantement en mettant au monde le Fruit de la joie éternelle <sup>2</sup>.

4. Elle nous fait donc ainsi l'éloge de ce Fruit : « Je suis la mère du bel amour, et de la crainte, et de la connaissance, et de la sainte espérance <sup>x</sup>. » Est-ce donc là ton Fils, ô Vierge des vierges ? Tel est donc ton Bien-Aimé, ô la plus belle des femmes ? — « Certainement, tel est mon Bien-Aimé, et il est mon Fils, ô filles de Jérusalem <sup>y</sup>. En lui-même, mon Bien-Aimé est le bel amour. En celui qui est né de lui, mon Bien-Aimé est le bel amour, la crainte, l'espérance et la connaissance <sup>z</sup>. »

En effet, il n'est pas seulement Celui que nous aimons, craignons, connaissons, et en qui nous espérons : mais en outre, c'est lui qui opère tout cela en nous, et c'est lui

H. BARRÉ ; voir Th. KOEHLER, *Maternité spirituelle : maternité mystique ; Maria* (dir. H. du Manoir), 6, p. 588 et note 141.

2. Pour l'idée de *forme* dans ces numéros précédents 2 et 3, voir notre Introduction, p. 34-36 ; DE WILDE, p. 33, note 1. Pour l'œuvre de Marie, *Introd.*, p. 29-34 ; Th. KOEHLER, *op. cit.*, p. 553-633.

membris et partibus in nobis perficitur atque formatur. Tunc enim perfecte pro modulo huius vitae Christus in te formatus est <sup>a</sup>, tunc veritas ipsius in te expressa est, si veritatem quae ipse est agnovisti et agnitam glorificasti, timore videlicet et spe, et ne spes confundat caritas diffusa sit in corde <sup>b</sup>.

Si huic sensui iudicas incongruum, quod alius sit istarum ordo virtutum vel profectuum et alius ordo positionis nominum, non enim ait : Ego mater agnitionis et timoris et spei et dilectionis, sed ait : *Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis et sanctae spei* ; fortassis et in hoc ipso ordine quem ponit inveniri poterit aliquid congruentiae et rationis. Sicut enim de agnitione timor nascitur, quem ne in desperationem concidat spes adiuncta consolatur, ipsique spei ne confundat dilectio suffragatur ; ita versa vice dilectio castum parit timorem, timorque cum dilectione illuminat agnitionem, secundum illud sapientis : *Qui timetis Dominum diligite illum, et illuminabuntur corda vestra* <sup>c</sup>. Quanto autem verius illuminato corde Deus agnoscitur, tanto fiducialius in eum speratur. Unde est illud : *Sperent in te qui noverunt nomen tuum, Domine* <sup>d</sup>. Spes vero sancta est, sicut Ioannes de spe videndi Deum loquens ait : *Omnis qui habet hanc spem in illum sanctificat semetipsum, sicut et ille sanctus est* <sup>e</sup>.

5. Pulchre autem et proprie dicta est pulchra dilectio, cum caritas Deus sit <sup>f</sup> ac per hoc summa pulchritudo ; sitque virtus ista fere tota pulchritudo Ecclesiae, quam ipse Sponsus eius in Cantico amoris invenitur tantum

126 semetipsum I : seipsum M C

a. Gal. 4, 19    b. Rom. 5, 5    c. Sir. 2, 10    d. Ps. 9, 11    e. I Jn 3, 3 (in illum sanctificat semetipsum : in eo sanctificat se VIg)    f. I Jn 4, 8

qui est parfaitement constitué et formé en nous par toutes ces vertus, comme par ses différents membres et parties. Car alors, selon la faible mesure possible en cette vie, le Christ se trouve parfaitement formé en toi <sup>a</sup>, alors, sa vérité est exprimée en toi, si tu as connu la vérité, qui est lui-même ; et si, l'ayant connue, tu l'as glorifiée dans la crainte et l'espérance ; et si, pour que l'espérance ne te déçoive pas, la charité a été répandue dans ton cœur <sup>b</sup>.

Mais peut-être juges-tu incompatible avec cette interprétation le fait qu'autre est l'ordre réel de ces vertus ou de ces progrès, et autre l'ordre dans lequel on les nomme ici. Il n'est pas dit en effet : « Je suis la mère de la connaissance et de la crainte, et de l'espérance, et de l'amour », mais : « Je suis la mère du bel amour, et de la crainte, et de la connaissance, et de la sainte espérance. » Mais dans l'ordre ainsi adopté, on trouvera peut-être cependant quelque convenance et quelque raison. En effet, de la connaissance naît la crainte, et, pour l'empêcher de tomber dans le désespoir, l'espérance vient la consoler ; et pour que l'espérance elle-même ne déçoive pas, elle reçoit l'aide de l'amour ; de même, inversement, l'amour engendre la crainte chaste, puis la crainte unie à l'amour éclaire la connaissance, selon la parole du sage : « Vous qui craignez le Seigneur, aimez-le, et vos cœurs seront illuminés <sup>c</sup>. » Or, plus le cœur est illuminé et Dieu vraiment connu, plus grande est l'assurance avec laquelle on espère en lui. C'est pourquoi il est dit : « Que tous ceux qui connaissent ton nom espèrent en toi, Seigneur <sup>d</sup>. » Et l'espérance est sainte, comme le dit Jean quand il parle de l'espérance de voir Dieu : « Quiconque a en lui cette espérance se sanctifie lui-même, comme lui est saint <sup>e</sup>. »

5. Or il est beau et convenable que l'amour ait été appelé ici « bel amour », puisque la charité est Dieu <sup>f</sup>, et qu'elle est ainsi la suprême beauté ; et puisque cette vertu constitue presque toute la beauté de l'Église, que l'on

ac totiens in ea mirari et extollere. Prorsus dilectio pulchra, quae de corde puro est et conscientia bona et fide non ficta <sup>g</sup>. Ubi enim cor purum est nulla est ruga ; ubi  
 135 conscientia bona nulla est macula <sup>h</sup> ; ubi fides non ficta non est aliquid eiusmodi quod in oculis Sponsi displiceat, quominus sibi Ecclesiam nunc gratiosam tunc gloriosam exhibeat.

Distinguenda etiam erat hoc nomine dilectio sanctorum  
 140 ab amore hominum, sive turpi qui nec nominandus est inter fideles, sive naturali quo amantur parentes, sive saeculari quo se invicem amant propter saeculi necessitates vel cupiditates. Procul ergo, procul, immo nusquam prorsus sub oculis Dei amor turpidinis ; seorsum  
 145 autem interim cedat amor necessitudinis ; solusque regnet amor internae et aeternae pulchritudinis, quo solum Deum vel propter Deum amant vere pulchri <sup>1</sup>.

Tu vero, beate Iesu, pulchritudo sanctorum, speciosus forma prae filiis hominum <sup>1</sup>, sed et prae virtutibus coelorum, specia tua et pulchritudine tua intende, prospere  
 150 procede et regna <sup>1</sup> ; tamque late regnet pulchra dilectio tua, ut turpem de finibus rerum proturbet et eliminet, saecularem ad se convertat et inclinet, naturalem sub se regat et ordinet ; ut illa pulchra et vera dilectione te  
 155 diligat mundus, qua dilexisti mundum <sup>k</sup>, Salvator mundi <sup>1</sup>, qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum.

132 Prorsus dilectio pulchra : Pulchra prorsus dilectio a || 133-135 et fide... conscientia bona om. e || 134 est ruga transp. a || 136 in I om. M C || 148 beate mss : bone Mab. || 149 forma I : forma non modo M C || 152 proturbet : perturbet d Mab. || 157 saeculorum a b d f h k o : saeculorum. Amen e g

g. I Tim. 1, 5 h. Éphés. 5, 27 i. Ps. 44, 3 j. Ibid. 5 k. Jn 3, 16 l. Jn 4, 42. I Jn 4, 14

1. Sur cet affectus rationalis, irrationalis, officialis, naturalis, carnalis,

entendra son Époux lui-même tellement et si souvent admirer et glorifier dans le Cantique d'amour. Oui, il est beau l'amour qui sort « d'un cœur pur, d'une bonne conscience et d'une foi non feinte <sup>g</sup> ». Là en effet où le cœur est pur, il n'y a aucune ride ; là où la conscience est bonne, il n'y a aucune tache <sup>h</sup> ; là où la foi n'est pas feinte, il n'y a rien qui puisse déplaire aux yeux de l'Époux et l'empêcher d'avoir son Église présentement en sa grâce et plus tard dans la gloire.

Il fallait aussi distinguer par cette appellation l'amour des saints de l'amour humain : soit de l'amour honteux, qui ne doit même pas être nommé parmi les fidèles, soit de l'amour naturel, par lequel on aime ses parents, soit de l'amour mondain, par lequel on s'aime mutuellement à cause des nécessités et des convoitises du monde. Que s'en aille bien loin, ou plutôt que ne paraisse plus nulle part sous le regard de Dieu, l'amour honteux ; qu'en cette vie soit mis de côté l'amour qui vient des liens de la parenté et de l'amitié ; et que seul règne l'amour de la beauté intérieure et éternelle, par lequel ceux qui sont véritablement beaux n'aiment que Dieu ou que pour Dieu <sup>1</sup>.

Et toi, glorieux Jésus, beauté des saints, toi qui es plus beau non seulement que les fils des hommes <sup>1</sup>, mais aussi que les vertus des cieux, « par ta splendeur et ta beauté, va, avance avec succès et règne <sup>1</sup> » ; et que ton bel amour étende son règne si loin, qu'il chasse et fasse disparaître des confins de la création l'amour honteux, qu'il ramène et dirige vers lui l'amour mondain, qu'il gouverne et ordonne sous son autorité l'amour humain ; et qu'ainsi le monde t'aime de ce véritable et bel amour dont tu l'as aimé <sup>k</sup>, toi, le Sauveur du monde <sup>1</sup>, qui étant Dieu vis et règnes dans tous les siècles des siècles.

enfin le vrai amour de Dieu, voir S. AELRED DE RIÉVAULX, *Speculum caritatis*, 12-29 ; PL 195, 588-603.

IN SOLLEMNITATE OMNIUM  
SANCTORUM SERMO

205 D 1. *Beati pauperes spiritu*<sup>a 1.</sup>

Agnosco notum illud ac nobile prognosticum quod in  
5 testimonium sui, necdum natus in carne, Dei Filius  
protulit ; iamvero natus, sed nondum notus, sibi compe-  
tere docuit : *Spiritus*, inquit, *Domini super me* ; *evan-*  
*gelizare pauperibus misit me*<sup>b.</sup> Ecce pauperes evange-  
lizantur, ecce pauperibus evangelium regni nuntiatur.

10 *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est*  
206 D *regnum coelorum*<sup>c.</sup> Laetum prorsus ac novae plenum  
gratae novi testamenti principium, etiam quantumlibet  
infidelem aut pigrum provocans ad audiendum sed  
amplius ad faciendum, cum scilicet beatitudo miseris,  
15 exulibus et egenis promittitur regnum coelorum.

Gratum, inquam, et auspicatum novae legis initium,  
quando in ipso statim initio tot beatitudinum benedic-  
tiones dat legislator, quibus delectati eant de virtute in  
207 A virtutem<sup>d</sup> per istos videlicet octo gradus ascensionis,  
20 quos in corde nostro disposuit<sup>e</sup> structura evangelii  
secundum exemplar et imaginem coelestium<sup>f</sup>, quod  
Ezechieli quoque ostensum est in monte visionum Dei.  
Est enim manifeste quidam ascensus cordium, et pro-  
fectus meritorum iste per ordinem digestus octonarius

12 etiam *I* (exc. *e*) *M* ; et *C* om. *e* || 20 disposuit *I* : disponit *M C*

a. Matth. 5, 3    b. Lc 4, 18. Cf. Is. 61, 1    c. Matth. 5, 3    d. Ps. 83, 8  
e. Ps. 83, 6    f. Cf. Hébr. 8, 5

1. En commentaire aux thèmes majeurs de ce sermon voir un article  
de Dom André LOUF, « Une théologie de la pauvreté monastique chez le  
bienheureux Gueric d'Igny », *Collectanea O.C.R.*, 20 (1958), p. 207-222,

SERMON  
POUR LA FÊTE DE TOUS LES SAINTS

1. « Bienheureux les pauvres en esprit<sup>a 1.</sup> »

Je discerne ici le signe distinctif, bien connu et glorieux,  
que le Fils de Dieu avait révélé avant même de naître  
dans la chair afin de se faire reconnaître ; ce signe dont  
il nous enseigna, une fois né, mais encore inconnu, qu'il  
s'appliquait à lui : « L'Esprit du Seigneur est sur moi,  
dit-il ; il m'a envoyé évangéliser les pauvres<sup>b.</sup> » Voici  
que les pauvres sont évangélisés, voici que l'évangile du  
Royaume est annoncé aux pauvres : « Bienheureux,  
dit-il, les pauvres en esprit, parce que le Royaume des  
cieux est à eux<sup>c.</sup> » Heureux début, rempli d'une grâce  
nouvelle, du Nouveau Testament : il engage l'homme,  
même le plus infidèle et le plus paresseux, à écouter, et  
plus encore à se mettre à l'œuvre, puisque la béatitude  
est promise aux malheureux, le royaume des cieux aux  
exilés et aux indigents.

Oui, il est plein de charme et placé sous d'heureux  
auspices, ce commencement de la loi nouvelle, puisque,  
aussitôt, le Législateur répand les bénédictions de tant  
de béatitudes, afin que, charmés, les hommes aillent de  
vertu en vertu<sup>d</sup>, en gravissant ces huit degrés disposés  
dans notre cœur<sup>e</sup> d'après le plan tracé par l'Évangile  
selon l'exemplaire et l'image des degrés célestes<sup>f</sup>, exem-  
plaire qui fut montré à Ézéchiël sur la montagne des  
visions de Dieu. Manifestement, ce groupe de huit vertus  
disposé avec ordre représente une ascension des cœurs  
et un progrès des mérites ; il conduit l'homme par degrés

362-373. Sur les principes et la pratique de la pauvreté chez les premiers  
cisterciens, voir Roger DUVERNAY, « Cîteaux, Vallombreuse et Étienne  
Harding », *Analecta S.O.C.*, 8 (1952), p. 396-405.

25 virtutum, gradatim de imis ad summa perducens virum  
evangelicae perfectionis, donec ad videndum Deum  
deorum in Sion <sup>g</sup> ingrediatur templum, de quo propheta  
dicit : *Et in octo gradibus ascensus eius* <sup>h</sup>.

2. Prima siquidem virtus inchoantium est renuntiatio  
30 saeculi, qua pauperes efficimur spiritu ; secunda man-  
suetudo, qua nos oboedientiae subdimus et assuescimus ;  
deinde luctus, quo peccata plorantur vel virtutes implor-  
207 B rantur. Ibi nimirum gustamus, unde amplius esuriamus et  
sitiamus iustitiam tam in nobis quam in aliis, zeloque  
35 contra peccantes incipimus moveri. Sed ne zelus immoder-  
rator in vitium feratur, sequitur misericordia qua tempe-  
retur. His ergo studiis vel exercitiis cum quis iustus et  
misericors esse didicerit, idoneus erit fortassis contem-  
plationi vacare et mundando cordi, quo Deus videatur,  
40 operam dare. Exercitatus autem et probatus tam in  
actione quam in contemplatione, tunc demum dignus erit  
qui, nomen et officium filii Dei gerens, pater et minister  
aliorum factus, tamquam mediator et sequester pacificet  
inter ipsos et Deum <sup>l</sup>, pacificet ipsos ad invicem vel etiam  
45 ad eos qui foris sunt ; sicut scriptum est in laude sancto-  
rum patrum : *Pacificantes in domibus suis* <sup>l</sup>. In hoc officio  
207 C qui fidelis et constans fuerit, saepe virtutem et meritum  
sibi martyrii comparabit, persecutionem patiens propter  
iustitiam <sup>k</sup> ; aliquando etiam ab his pro quibus pugnabit,  
50 ut sit ei dicere : *Filii matris meae pugnaverunt contra me* <sup>l</sup> ;  
*et cum his qui oderunt pacem eram pacificus ; cum loquebar  
illis impugnabant me gratis* <sup>m</sup> <sup>1</sup>.

36 temperetur I : temperatur M C || 41 tunc I g : tum M (exc. g) C ||  
43 aliorum factus I transp. M C || 48 sibi martyrii transp. a || 49 etiam I  
M : et C

g. Ps. 83, 8 h. Ez. 40, 34, 37 ; cf. 31, 49 l. Deut. 5, 5 j. Sir.  
44, 6 k. Matth. 5, 3-10 l. Cant. 1, 5 m. Ps. 119, 7

1. Cf. S. AUGUSTIN, *De serm. Dom. in monte*, 1, 10 ; PL 34, 1233-1234.

des régions inférieures aux sommets de la perfection  
évangélique, jusqu'à ce que, pour voir le Dieu des dieux  
dans Sion <sup>g</sup>, il entre dans le temple, dont le prophète dit :  
« Et son escalier possède huit marches <sup>h</sup>. »

2. La première vertu des commençants est en effet le  
renoncement au monde, qui nous rend pauvres en esprit ;  
la seconde, la mansuétude, par laquelle nous nous sou-  
mettons à l'obéissance et nous nous accoutumons à elle ;  
ensuite, la tristesse, par laquelle on pleure ses péchés ou  
on implore les vertus. Arrivés là, nous commençons assu-  
rément à goûter la justice, ce qui accroît notre faim et  
notre soif de celle-ci, tant pour nous-mêmes que pour les  
autres, et nous nous sentons pris de zèle contre les  
pêcheurs. Mais, pour qu'un zèle immodéré ne dégénère  
pas en vice, la miséricorde vient alors le tempérer. Quand  
donc par des activités et des exercices de ce genre on aura  
appris à être juste et miséricordieux, on sera peut-être  
en état de vaquer à la contemplation et de travailler à la  
purification du cœur, qui permet de voir Dieu. Ayant  
ainsi été exercé et éprouvé dans l'action et la contempla-  
tion, ayant reçu le nom et la fonction de fils de Dieu,  
devenu père et serviteur des autres, et comme leur média-  
teur et leur intermédiaire, on sera devenu enfin digne de  
mettre la paix entre eux et Dieu <sup>l</sup>, la paix parmi eux, ou  
même la paix entre eux et ceux du dehors. On réalisera  
ainsi ce qui est écrit dans l'éloge des saints pères : « Ils  
faisaient régner la paix dans leur maison <sup>l</sup>. » Celui qui aura  
été fidèle et constant dans l'accomplissement de cet  
office obtiendra souvent la vertu et le mérite du martyr,  
en souffrant persécution pour la justice <sup>k</sup>, parfois même  
de la part de ceux pour qui il combatta, de sorte qu'il  
pourra dire : « Les fils de ma mère ont combattu contre  
moi <sup>l</sup> », et : « Avec ceux qui haïssent la paix, j'étais  
pacifique ; pendant que je leur parlais, ils m'attaquaient  
sans motif <sup>m</sup> <sup>1</sup>. »

3. Quantae autem gloriae, quamque copiosae mercedis  
 in coelo sit culmen huius perfectionis, inde utcumque  
 55 licet aestimari, quod ipsa etiam abrenuntiantium saeculo  
 primordia tantae Dominus praedicat felicitatis ut dicat :  
*Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.*  
 Plane beati qui, proiectis vilibus sed gravibus sarcinulis  
 huius mundi, nolunt divites fieri nisi de solo Creatore  
 207 D mundi, propter ipsum tamquam nihil habentes et per  
 ipsum omnia possidentes <sup>n</sup>. An non possident omnia qui  
 possident continentem et disponentem omnia, quorum  
 Deus portio <sup>o</sup> est et hereditas <sup>p</sup>; qui ut nihil desit timen-  
 tibus eum <sup>q</sup> cetera prout expedire novit dispensat ad  
 65 utendum, seipsum servat ad fruendum ?

Cum enim heres Dei, coheres autem Christi <sup>r</sup>, adultus et  
 emancipatus introducetur in plenariam possessionem  
 expectatae hereditatis, tunc profecto ius absolutum ac  
 liberum imperium habebit in creaturis; qui modo *quanto*  
 70 *tempore parvulus est nihil differt a servo, cum sit dominus*  
*omnium, sed sub tutoribus et apparitoribus est usque ad*  
 208 A *tempus praefinitum a patre* <sup>s</sup>. Tunc mundus agnoscet  
 iustum ac legitimum heredem dominum suum propter  
 quem creatus est; agnoscet, inquam, quia iam non confor-  
 mem sibi, sed reformatum in novitate sensus sui <sup>t</sup> ad  
 75 imaginem Dei ad quam factus est <sup>u</sup>.

Sed et nunc quoque fidei homini totus mundus divitiarum  
 est; non solum quia ad cognoscendum vel diligendum  
 auctorem mundi mundanis omnibus utitur tamquam

62 disponentem : possidentem a || 64 expedire novit *transp. a* || 71 apparitoribus : actoribus *b<sup>90</sup> Mab.* || 74 quia *om. a* || 78 cognoscendum *I M* : agnoscendum *C*

n. II Cor. 6, 10 o. Ps. 118, 57; 141, 6 p. Nombr. 18, 20 et  
 passim q. Ps. 33, 10 r. Rom. 8, 17 s. Gal. 4, 1-2 (apparitori-  
 bus : actoribus VIg) t. Rom. 12, 2 u. Col. 3, 10. Gen. 1, 27

3. Quelle est la gloire, quelle est la récompense abondante réservée dans le ciel à ce sommet de perfection, on peut le conjecturer quelque peu en considérant que le Seigneur attribue au premier degré, propre à ceux qui renoncent au monde, une si grande félicité qu'il dit : « Bienheureux les pauvres en esprit, car le royaume des cieux est à eux. » Oui, bienheureux ceux qui rejettent les fardeaux sans valeur, mais bien pesants, de ce monde, et ne veulent plus devenir riches, sinon uniquement en possédant le Créateur du monde, et qui, à cause de lui, sont comme ne possédant rien, mais, par lui, possèdent tout <sup>n</sup>. Ne possèdent-ils pas tout, ceux qui possèdent Celui qui contient et dispense toutes choses; ceux dont Dieu est la part <sup>o</sup> et l'héritage <sup>p</sup>, lui qui, pour que rien ne manque à ceux qui le craignent <sup>q</sup>, leur dispense les autres biens selon la mesure qu'il juge utile afin qu'ils en usent, et se réserve de se donner un jour à eux pour qu'ils en jouissent ?

Quand l'héritier de Dieu, le cohéritier du Christ <sup>r</sup>, devenu adulte et hors de tutelle, sera introduit dans l'entière possession de l'héritage attendu, alors assurément il aura sur les créatures un droit sans réserve et un pouvoir absolu, lui qui présentement, « tant qu'il est encore enfant, ne diffère en rien de l'esclave, bien qu'il soit maître de tous les biens, mais demeure sous le régime des tuteurs et des intendants jusqu'au temps fixé par son Père <sup>s</sup> ». Alors la création reconnaîtra le véritable et légitime héritier comme son maître, pour lequel elle a été faite. Elle le reconnaîtra, dis-je, parce qu'il ne lui sera plus conforme, étant formé à nouveau par le renouvellement de son esprit <sup>t</sup> à l'image de Dieu selon laquelle il a été fait <sup>u</sup>.

Mais présentement déjà, l'homme fidèle a le monde entier pour richesses. Non seulement parce que, pour connaître et aimer Celui qui a fait le monde, il se sert de

80 ad hoc sibi datis, et in via testimoniorum Dei, quae videt  
 facturam sicut et Scripturam perhibere factori, delectatur  
 sicut in omnibus divitiis <sup>v</sup> 1; sed etiam quia ita sufficiens  
 et gratus esse didicit, ut quasi totius mundi divitias  
 computet illud prope nihil quod habet, sive hoc ipsum  
 85 quod nihil habet <sup>2</sup>.

208 B Ideo iure beatificat Ecclesiam sanctorum Salomon,  
 quae pauper pro Christo tam dives est in Christo : *Multae*,  
 inquit, *filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es*  
*universas* <sup>w</sup>. *Alii siquidem rapiunt non sua et semper in*  
 90 *egestate sunt; sancti dividunt propria et ditiores fiunt* <sup>x</sup> 3.  
*Divites enim eguerunt et esurierunt, inquirentes autem*  
*Dominum non minuentur omni bono* <sup>y</sup>.

4. Avarus quo plura possidet pluribus eget. Quamquam  
 nil minus habeat quam quod habere se putat, cum  
 95 habeatur non habeat, servus pecuniae, mancipium avari-  
 tiae, cultorque crumena, idolatra detestandus, cui num-  
 mus est deus. Pulchre autem iam nunc quoque vindicat  
 in peccatores iustitia divina, res ipsas quas amant conver-  
 208 C tens eis in tormenta et vitia faciens esse supplicia. Pecunia  
 100 enim, quae iustum amplius iustificat et verius ditat

100 verius ditat *transp. a*

v. Ps. 118, 14    w. Prov. 31, 29    x. Prov. 11, 24    y. Ps. 33, 11

1. « Mirabilia testimonia tua; propter hoc scrutata est ea anima mea. Quis enumerat saltem generalim testimonia Dei? Coelum et terra, visibilia et invisibilia opera ejus, dicunt quodammodo testimonium bonitatis et magnitudinis ejus. » S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 118, 27, 1; CC 40, 1756 (PL 37, 1580)*. — Ce texte de Gueric sur la pauvreté monastique est capital. Qu'il soit permis de renvoyer à LOUF, *art. cit.*, p. 221-222, avec cette réserve que les mots *justum ac legitimum heredem*, etc. se réfèrent, au moins directe-ment, non au Christ, mais au chrétien.

2. « Possident et terrena, et quidem tamquam nihil habentes; sed omnia

toutes les choses du monde, sachant qu'elles lui ont été  
 données pour cela, et parce qu'il trouve sa joie, plus que  
 dans toutes les richesses, dans la vie des témoignages de  
 Dieu, de ces témoignages qu'il voit rendus au Créateur  
 par la création tout autant que par l'Écriture <sup>v</sup> 1; mais  
 aussi parce qu'il a appris à être si modéré dans ses besoins  
 et si reconnaissant envers Dieu, qu'il estime à l'égard de  
 toutes les richesses du monde le presque rien qu'il possède,  
 ou même le fait de ne rien avoir du tout <sup>2</sup>.

C'est pourquoi Salomon a raison de déclarer bienheu-  
 reuse l'Église des saints qui, pauvre pour le Christ, est si  
 riche dans le Christ : « Beaucoup de filles, dit-il, ont  
 amassé des richesses; tu les as toutes surpassées <sup>w</sup>. »  
 Certains en effet « dérobent ce qui ne leur appartient pas,  
 et sont toujours dans l'indigence; les saints distribuent  
 ce qu'ils ont, et deviennent plus riches <sup>x</sup> 3 ». Car « les  
 riches ont été dans le besoin et ont été affamés; mais  
 ceux qui cherchent le Seigneur ne manqueront d'aucun  
 bien <sup>y</sup>. »

4. Plus l'avare possède, plus il lui manque. Pourtant,  
 rien n'est moins à lui que ce qu'il croit avoir, puisqu'il  
 est possédé et ne possède pas, ce serviteur de l'argent, cet  
 esclave de l'avarice, cet adorateur de la bourse, cet ido-  
 lâtre détestable dont la monnaie est le dieu. Mais dès cette  
 vie, la justice divine châtie les pécheurs comme il convient,  
 changeant pour eux en tourment cela même qu'ils aiment,  
 et faisant de leurs vices leurs supplices. L'argent en effet,  
 qui accroît la justice du juste et lui procure une richesse

possident, non mendicantes ut miseri, sed ut domini possidentes, eo pro certo magis domini, quo minus cupidi. Denique fidei homini totus mundus divitiarum est. Totus plane, quia tam adversa quam prospera ipsius, aequae omnia serviunt ei et cooperantur in bonum. » S. BERNARD, *Super Cant.*, 21, 7; *EC I*, 126 (*PL 183, 875-876*). LOUF, *art. cit.*, p. 362.

3. « Avarus inde torquetur, unde misericors adjuvatur. » S. AUGUSTIN, *Sermo ad populum*, 50, 3; *PL 38, 327*.

dispensata vel semel data, avarum cruciat servata, prodigum polluit profligata. Prorsus beati pauperes Christi, quorum fides sic elusit sapientiam mundi ut sola quis sit optimus divitiarum usus invenerit : quod videlicet divitiarum, quae pauperem faciunt et miserum si diligantur, tunc demum divitem faciunt et beatum si pro Christo contemnuntur <sup>1</sup>.

*Confiteor tibi, Pater, Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* <sup>2</sup>, id est, humilibus ; qui utique non sunt alii quam pauperes spiritu, quorum hic beatitudo praedicatur.

5. Hoc enim licet scientes tamen commonere vos velim, fratres, quod vera ac beata paupertas spiritus plus est in humilitate cordis quam in angustia rei familiaris, plus consistit in abdicatione superbiae quam in contemptu substantiae. Substantia nonnumquam utiliter habetur ; superbia numquam nisi damnabiliter retinetur. Diabolus nihil in mundo possidet aut possidere desiderat, quem sola vel maxime superbia damnat <sup>2</sup>.

Parum igitur prodest renuntiare saeculi possessionibus, nisi renuntietur et moribus ; immo stultum ac ridiculosum est nudari divitiis et divitum implicari vitiis, pauperem fieri rebus nec ditari virtutibus, relinquere omnia nec sequi Christum <sup>2</sup>, sed magis forsitan in castris Christi

104 usus invenerit *transp.* a || 106 divitem faciunt *I transp.* M C || 112 Hoc *I M* : Haec *C*

z. Matth. 11, 25    a. Matth. 19, 27

1. « Rem suam divina distribvente iustitia, et recte facta inde manifestantur et peccata inde puniuntur. Namque aurum et argentum atque omnia terrena possessio et exercitatio humanitatis est, et supplicium cupiditatis. Cum talia Deus bonis hominibus tribuit, ostendit in eis quanta contemnat animus, cujus divitiae sunt, ipse qui tribuit. » S. AUGUSTIN, *ibid.* LOUF, *art. cit.*, p. 363.

plus réelle quand il est distribué au fur et à mesure ou donné en une seule fois, tourmente l'avare quand il le conserve, et souille le prodigue quand il est dilapidé. Bienheureux assurément les pauvres du Christ, dont la foi s'est si bien jouée de la sagesse du monde qu'elle a été la seule à trouver le meilleur usage des richesses. Elle a ainsi découvert que les richesses, qui rendent pauvre et malheureux quand on les aime, rendent au contraire riche et bienheureux quand on les méprise pour le Christ <sup>1</sup>.

« Je te bénis, Père, Seigneur du ciel et de la terre, d'avoir caché cela aux sages et aux habiles, et de l'avoir révélé aux petits » <sup>2</sup>, c'est-à-dire aux humbles, qui, assurément, ne sont autres que ces pauvres en esprit dont la béatitude est ici proclamée.

5. Bien que vous le sachiez déjà, mes frères, je voudrais vous rappeler en effet que la véritable et bienheureuse pauvreté en esprit réside plutôt dans l'humilité du cœur que dans la modicité du patrimoine ; qu'elle consiste plus à renoncer à l'orgueil qu'à mépriser les ressources matérielles. Il est parfois utile de posséder des ressources ; il est toujours dommageable de garder de l'orgueil. Le diable ne possède rien dans le monde, et ne désire rien posséder ; mais il est condamné uniquement, ou du moins principalement, pour son orgueil <sup>2</sup>.

Il sert donc peu de renoncer aux possessions de ce monde, si l'on ne porte pas le renoncement dans ses mœurs ; il est même insensé et ridicule de se dépouiller des richesses, et de s'embarrasser dans les vices des riches ; de se rendre pauvre de biens, et de ne pas s'enrichir de vertus ; de tout quitter, et de ne pas suivre le Christ <sup>2</sup>, en favorisant même plutôt dans le camp du Christ le

2. S. AUGUSTIN, *De sermone Dom. in monte*, 1, 3 ; *PL* 34, 1231-1232. *Enarr. in Ps. 131, 26* ; *CC* 40, 1924-1926 (*PL* 37, 1727). LOUF, *art. cit.*, p. 211, 215 et note 52.



209 A iuvare partes antichristi <sup>1</sup>. Plane antichristi partes adiuvat quisquis superbiae militat, nomenque sanctum, quod verbis vel habitu profitetur, moribus impugnat. Vexillum Christi humilitas, antichristi superbia, vel potius capitis eius diaboli, qui super omnes filios superbiae regnat et ab 130 initio per superbiam peccat.

Gloriemur igitur, fratres, quia pauperes sumus pro Christo; sed operam demus ut humiles simus cum Christo. Paupere superbo sicut nihil detestabilius, ita nihil miserabilius; cum eum et paupertas nunc affligat et superbia in 135 perpetuum addicat. Pauper autem humilis, etsi uritur et purgatur in camino paupertatis <sup>b</sup>, exultat refrigerio conscientiae divitis, consolatur se promissione sanctae spei, sciens et sentiens quoniam ipsius est regnum Dei, 209 B quod iam intra seipsum <sup>c</sup> velut in semine vel radice gerit, 140 primitias scilicet spiritus <sup>d</sup> et pignus aeternae hereditatis <sup>e</sup>. An non vestrum est, fratres, unde totiens, sicut vobis consciis estis, fructus suavissimos et beata gaudia decerpitis, quorum gustus amarescere vobis iam omnem fecit dulcedinem mundi? Gustastis enim, nisi fallor, et vidistis 145 quoniam bona est negotiatio vestra <sup>f</sup>, qui pro re gratis contemnenda ac procienda summa comparastis bona. Denique *non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu sancto* <sup>g</sup>. Si haec ergo sentimus in nobis, cur non fidenter pronuntiemus intra nos esse

129 eius: ipsius a e || 139 vel radice gerit: gerit vel radice a || 140 fidenter I M: confidenter C

b. Is. 48, 10    c. Lc 17, 21    d. Rom. 8, 23    e. Ephés. 1, 14    f. Prov. 31, 18    g. Rom. 14, 17

1. Pour l'idée de « militia christiana » et de « castra Christi », voir les textes cités par Garcia M. COLOMBAS, article « El concepto de monje y vida

parti de l'Antéchrist <sup>1</sup>. De fait, celui-là favorise le parti de l'Antéchrist, qui s'enrôle au service de l'orgueil et qui combat par sa conduite le nom saint qu'il professe par ses paroles ou son habit. L'humilité est l'étendard du Christ; l'orgueil, celui de l'Antéchrist, ou plutôt celui du diable, son chef, qui règne sur tous les fils de l'orgueil et qui, depuis le commencement, pêche par orgueil.

Glorifions-nous donc, mes frères, d'être pauvres pour le Christ, mais efforçons-nous d'être humbles avec le Christ. Il n'y a rien de plus détestable qu'un pauvre orgueilleux; il n'est rien non plus de plus misérable, puisque présentement la pauvreté l'afflige et l'orgueil le damne pour l'éternité. Mais un pauvre humble, bien qu'il soit brûlé et purifié dans la fournaise de la pauvreté <sup>b</sup>, est réjoui par le rafraîchissement qui lui vient de sa conscience riche et se console par la promesse de la sainte espérance; car il sait et sent qu'il possède le royaume de Dieu et qu'il le porte déjà en lui-même <sup>c</sup> comme en sa semence et sa racine, lesquelles sont les prémices de l'Esprit <sup>d</sup> et les arrhes de l'héritage éternel <sup>e</sup>. N'est-il pas vôtre, mes frères, ce royaume où, vous le savez bien, vous cueillez si souvent les fruits exquis et les joies bienheureuses dont la saveur a déjà changé pour vous en amertume toute la suavité du monde? Vous y avez goûté, si je ne me trompe, et vous avez vu que c'était un marché avantageux <sup>f</sup> que d'acquérir les biens les plus élevés en échange d'une chose qu'il ne coûte rien de mépriser et de rejeter. Enfin, « le royaume de Dieu n'est pas nourriture ni boisson, mais justice, paix et joie dans le Saint-Esprit <sup>g</sup>. » Si donc nous sentons que nous avons tout cela en nous, pourquoi ne pas dire avec confiance que

monastica hasta fines del siglo V », *Studia Monastica*, 1 (1959), p. 283-285. Cf. S. BERNARD: « Castellum, ubi Christus intravit, voluntaria est paupertas. » *De diversis*, 48; *PL*, 183, 671 B. Louv., *art. cit.*, p. 220.

- 150 regnum Dei <sup>h</sup> ? Quod autem intra nos est illud vere nostrum est, quia nobis invitis eripi non potest <sup>1</sup>.
- 209 C 6. Recte itaque Dominus, beatitudinem praedicans pauperum, non ait, *ipsorum erit*, sed *est regnum coelorum*; non solum propter ius firmissimum, sed etiam propter
- 155 pignus certissimum usumque felicissimum; non solum quia paratum est eis ab origine mundi <sup>1</sup>, sed etiam quia iam in quamdam ipsius possessionem coeperunt introduci, iam habentes thesaurum coelestem in vasis fictilibus <sup>1</sup>, iam portantes Deum in corporibus suis et cordibus <sup>k</sup>. Quam *beata gens cuius est Dominus Deus eius* <sup>1</sup>; quam vicini sunt Dei regno qui regem ipsum, cui servire regnare est <sup>2</sup>, iam possident et gestant in corde suo. *Funes, inquit, ceciderunt mihi in praeclaris; etenim hereditas mea praeclara est mihi* <sup>m</sup>. Litigent alii de dividenda
- 209 D hereditate huius mundi; Dominus pars hereditatis meae et calicis mei <sup>n</sup>. Pugnent inter se quis eorum fiat miserior; nihil omnium quae ambiunt illis invideo. Ego enim et anima mea delectabimur in Domino <sup>o</sup>.
- O praeclara hereditas pauperum, o beata possessio nihil
- 170 habentium: quomodo non solum omnem sufficientiam nobis subministras, sed etiam ad omnem gloriam abundas, ad omnem laetitiam redundas, tamquam in sinu repo-

167 illis om. C || 170 quomodo mss: quoniam Mab.

h. Lc 17, 21    i. Matth. 25, 34    j. II Cor. 4, 7    k. I Cor. 6, 20    l. Ps. 32, 12    m. Ps. 15, 6    n. Ps. 15, 5    o. Ps. 103, 34

1. Les pauvres sont paradoxalement les plus riches du monde: ils pos-

le Royaume de Dieu est en nous <sup>h</sup>? Or ce qui est en nous est réellement à nous, car on ne peut nous l'arracher malgré nous <sup>1</sup>.

6. C'est donc avec raison que le Seigneur, en proclamant la béatitude des pauvres, ne dit pas: « Le royaume des cieux sera... », mais « est à eux ». Il l'est non seulement en vertu d'un droit pleinement établi, mais aussi parce qu'ils en possèdent un gage parfaitement sûr et en font un usage plein d'agrément; non seulement parce que ce royaume leur a été préparé dès l'origine du monde <sup>1</sup>, mais parce qu'ils ont déjà commencé à entrer, dans une certaine mesure, en sa possession, ayant déjà le trésor céleste dans des vases d'argile <sup>1</sup>, portant déjà Dieu dans leurs corps et dans leurs cœurs <sup>k</sup>. « Qu'elle est heureuse la nation dont le Seigneur est le Dieu <sup>1</sup>! » Qu'ils sont proches du royaume de Dieu, ceux qui déjà possèdent et portent dans leur cœur ce Roi dont on a dit que le servir, c'est régner <sup>2</sup>. « Le cordeau, dit le Psalmiste, m'a assigné des possessions magnifiques; certes, mon héritage est pour moi admirable <sup>m</sup>! » Que d'autres se querellent pour se partager l'héritage de ce monde; le Seigneur est la part de mon héritage et de ma coupe <sup>n</sup>. Qu'ils combattent entre eux, à qui sera le plus misérable: je ne leur envie rien de tout ce qu'ils recherchent, car moi et mon âme, nous mettrons nos délices dans le Seigneur <sup>o</sup>.

O héritage glorieux des pauvres! O bienheureuse richesse de ceux qui n'ont rien! Non seulement tu nous fournis tout ce dont nous avons besoin, mais encore, tu es remplie de toute gloire, tu débordes de toute joie, car tu es la mesure surabondante versée dans notre sein. Oui,

sèdent tout le trésor du règne de Dieu. Commentaire par LOUF, *art. cit.*, p. 363-364.

2. Voir la note au § 1, ligne 19 du 1<sup>er</sup> Sermon pour les Rameaux.

sita supereffluens mensura. Prorsus tecum *sunt divitiae et gloria, opes superbae et iustitia* <sup>p</sup>.

175 7. Superbiat, o pauperes; superbiat, o humiles, anima  
vestra, glorians in humilitate sua, omnemque altitudinem  
huius mundi longe sub pedibus suis iacentem despiciat;  
210 A indignumque iudicet gloriae suae ad concupiscentiam  
vilis praedae suam ulterius maiestatem inclinare <sup>1</sup>. Quid?  
180 Iamiam tollenda es in coelum, et nunc te deinde mergeres  
in coenum? Parata tibi sunt aeterna, et praeeligeres  
transitoria somnoque similia? Te praestolatur curia sanc-  
torum, et praeponeres societatem daemoniorum?

Quam miser homo, qui cum in honore esset non intel-  
185 lexit; ac perinde comparatus est iumentis insipientibus, et  
similis factus est illis <sup>q</sup>. An non manifeste hoc illis contin-  
git quos, cum beata paupertas fecisset honorabiles coelo,  
mirabiles mundo, et ut nihil praeteritum sit, etiam formi-  
dabiles inferno, postea arbitantes miseriam caecato sensu  
190 paupertatem, humilitatem, ignaviam, voluerunt divites  
fieri et inciderunt in tentationem et laqueos diaboli <sup>r</sup>;  
210 B cumque essent domini universorum, vendiderunt seipsos  
sine pretio <sup>s</sup> propter ea quae nihil sunt? *Vae his qui  
perdiderunt sustentiam, et diverterunt in vias pravas. Et*  
195 *quid facient cum inspiciere coeperit Dominus* <sup>t</sup>? Ipsi viderint  
quid facturi sint.

Vos enim, quibus amica est paupertas et grata spiritus  
humilitas, securos fecit de possidendo regno coelorum

180 deinde mergeres I : demergeres M C || 185 ac perinde om. a d

p. Prov. 8, 18    q. Ps. 48, 21    r. I Tim. 6, 9    s. Ps. 43, 13    t. Sir. 2,  
16-17

avec toi sont « les richesses et la gloire, des possessions  
magnifiques et la justice <sup>p</sup> » !

7. Que votre âme s'enorgueillisse, ô pauvres, qu'elle  
s'enorgueillisse, qu'elle se glorifie dans son humilité, et  
qu'elle regarde avec dédain toute grandeur de ce monde,  
car celle-ci gît bien loin au-dessous de ses pieds; et qu'elle  
juge indigne de sa gloire d'abaisser à l'avenir sa majesté  
jusqu'à convoiter une proie misérable <sup>1</sup>. Eh quoi! te  
voici sur le point d'être enlevé au ciel, et tu te plongerais  
maintenant encore dans la boue? Des biens éternels te  
sont préparés, et tu leur préférerais des choses passagères,  
pareilles à un songe? L'assemblée des saints t'attend, et  
tu préférerais la société des démons?

Comme il est malheureux, « l'homme qui, alors qu'il  
était comblé d'honneur, n'a pas compris et s'est rendu  
comparable aux animaux sans raison et leur est devenu  
semblable <sup>q</sup> » ! N'est-ce pas manifestement le cas de ceux  
que la bienheureuse pauvreté rendait dignes d'être  
honorés par le ciel, admirés par le monde, et, pour ne rien  
omettre, redoutés par l'enfer, et qui ensuite, dans l'aveu-  
glement de leur esprit, ont regardé la pauvreté comme une  
misère, l'humilité comme une lâcheté; qui ont voulu  
devenir riches et sont tombés dans les tentations et les  
lacets du diable <sup>r</sup>; qui, alors que toutes choses leur appar-  
tenaient, se sont vendus eux-mêmes pour rien <sup>s</sup>, en  
échange de ce qui n'est rien? « Malheur à ceux qui ont  
perdu la patience et se sont égarés dans des voies mau-  
vaises! Et que feront-ils quand le Seigneur commencera  
son inspection <sup>t</sup>? » A eux de le prévoir.

Quant à vous, qui avez pour amie la pauvreté et trouvez  
douce l'humilité d'esprit, la Vérité immuable vous a  
assurés de la possession du royaume des cieux, en déclai-

1. Pour ce légitime orgueil du pauvre, voir I<sup>er</sup> Sermon pour l'Épi-  
phanie, § 1, lignes 24-40.

incommutabilis veritas, vestrum esse illud asserens, vobis  
 200 illud repositum fideliter custodiens ; si tamen et vos ipsi  
 spem istam in sinu vestro <sup>u</sup> firmiter custodiat is usque in  
 finem, cooperante Domino nostro Iesu Christo, cui est  
 honor et gloria per omnia saecula saeculorum <sup>1</sup>.

199 esse illud *a* : illud esse *b d<sup>pc</sup> e* esse *om.* *M C* || 201 istam *I M om. C* ||  
 vestro *I* : vestro repositam *M C* || 203 saeculorum *a b d f h k o* : saeculorum.  
 Amen *e g*

<sup>u</sup>. Job 19, 27

rant qu'il est vôtre, et en gardant fidèlement pour vous  
 ce royaume qui vous est réservé ; si toutefois vous gardez  
 vous-mêmes fermement, jusqu'à la fin, cette espérance  
 qui repose dans votre cœur <sup>u</sup>, avec l'aide de notre Seigneur  
 Jésus-Christ, à qui appartiennent honneur et gloire dans  
 tous les siècles des siècles <sup>1</sup>.

1. « Gueric termine son sermon de la Toussaint par une description prégnante de cette situation eschatologique, dans laquelle la pauvreté engage le moine. Tous les termes y supposent l'attente d'un achèvement prochain ; le pauvre est sur le point d'aboutir ; même il arrive déjà : ' jam '. » Lours, *art. cit.*, p. 370-372.

SERMO AD EXCITANDAM  
DEVOTIONEM IN PSALMODIA

210 C 1. In conventu sodalium et amicorum, id est in Ecclesia  
sanctorum, cuius vocem deceat audiri, Sponsus ipse spon-  
5 sae loquens innuit cum ait : *Quae habitas in hortis, amici  
auscultant, fac me audire vocem tuam*<sup>a</sup>.

Non sum ego cui hoc dictum debeat videri, non sum  
qui habitem in hortis, magis mihi videor esse de illis *qui  
habitant in sepulcris*<sup>b</sup>. Corpora enim peccatorum quid  
10 sunt nisi sepulcra mortuorum<sup>1</sup> ? Qui ergo dediti sunt  
corporibus suis, non in hortis habitant sed in sepulcris,  
Deumque exasperant, donec *qui educit vinclos in fortitu-  
dine*<sup>c</sup> forti voce inclamet : *Lazare, veni foras* ; suisque  
210 D discipulis super eo praecipiat : *Solvite eum et sinite abire*<sup>d 2</sup>.

15 Magna sane differentia est sepulcrorum et hortorum.  
Haec plena omni spurcitia et ossibus mortuorum, illi  
omni suavitate et gratia florum aut fructuum. Quid enim  
si aliquando sepulcra videntur in hortis ? Nam et Domi-  
nus in horto sepultus fuit<sup>e</sup>.

1 Sermo ad excitandam devotionem in psalmodia *M* : *Deest titulus a* De  
utilitate psalmodiae et oratione *b* Ad excitandam devotionem in psalmo-  
<dia> *d* Sermo secundus de eodem [*festo OO. SS.*] *e* Sermo ad excitandam  
devotionem in psalmodiam *k* Item ad excitandam devotionem in psal-  
modiam *o*

a. Cant. 8, 13 b. Ps. 67, 7. Is. 65, 4 c. Ps. 67, 7 d. Jn 11, 43.44  
e. Jn 19, 40-41

1. « Nam quis enarrabit in sepulcro misericordiam tuam ; id est animae  
mortuae, cujus mors jacet sub corporis pondere ? » S. AUGUSTIN, *Enarr.*  
in *Ps.* 87, 12 ; *CC* 39, 1217 (*PL* 37, 1117).

2. « Qui educit compeditos in fortitudine. Solvit enim gravia vincula pecca-  
torum, quibus impediabantur ne ambularent in via praeceptorum ; educit  
autem eos in fortitudine, quam ante ejus gratiam non habebant. Similiter  
amaricantes qui habitant in sepulcris ; id est omni modo mortuos, occupatos

SERMON POUR EXCITER LA DÉVOTION  
A LA PSALMODIE

1. L'Époux lui-même, s'adressant à l'épouse, nous  
indique de qui il convient que la voix se fasse entendre  
dans l'assemblée de ses compagnons et de ses amis, c'est-à-  
dire dans l'Église des saints, quand il dit : « O toi qui  
habites dans les jardins, mes amis écoutent, fais-moi  
entendre ta voix<sup>a</sup>. »

Il ne paraît pas que ce soit à moi que cette parole ait  
été adressée : je n'habite pas dans les jardins ; il me  
semble plutôt que je suis de ceux « qui habitent dans les  
sépulcres<sup>b</sup> ». En effet, que sont les corps des pécheurs,  
sinon des sépulcres de morts<sup>1</sup> ? Ceux-là donc qui sont  
esclaves de leurs corps n'habitent pas dans les jardins,  
mais dans les sépulcres, et ils excitent la colère de Dieu,  
jusqu'à ce que Celui « qui délivre les captifs par sa puis-  
sance<sup>c</sup> » crie d'une voix forte : « Lazare, viens dehors ! »,  
et ordonne à son sujet à ses disciples : « Déliez-le et laissez-  
le aller<sup>d 2</sup>. »

Il y a assurément une grande différence entre les  
sépulcres et les jardins. Ceux-là sont pleins d'infection  
et d'ossements de morts ; ceux-ci de toute la suavité et  
de tout le charme des fleurs et des fruits. Mais alors,  
pourquoi voit-on parfois des sépulcres dans les jardins ?  
En effet, le Seigneur lui-même a été enseveli dans un  
jardin<sup>e</sup>.

in operibus mortuis. Hi enim amaricant resistendo justitiae ; nam illi compe-  
diti forsitan voluit ambulare, nec possunt ... utrosque tamen gratia Christi  
*educit in fortitudine.* » S. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps.* 67, 8 ; *CC* 39, 872-873  
(*PL* 36, 816). Cf. CASSIODORE, *Exp. in Ps.* 67, 7 ; *CC* 97, 588 (*PL* 70, 464).  
C'est S. AUGUSTIN aussi qui présente Lazare ressuscité comme la figure du  
pécheur vivifié par la grâce ; *In Johann.*, 49, 24 ; *CC* 36, 431 (*PL* 35, 1756-  
1757). Aussi S. BERNARD, *Assumpt.*, 4, 2-4 ; *EC* V, 245-247 (*PL* 183, 426  
427).

20 Et si enim sepulcra in hortis, numquid tamen horti in  
sepulcris? Ita fortassis, sed in sepulcris iustorum. Ibi  
plane vernabit gratissima quaedam amoenitas hortorum,  
verno scilicet illo tempore resurrectionis eorum<sup>l</sup>, cum  
reflorebit caro eorum; et non solum ossa iusti sicut herba  
25 germinabunt<sup>g</sup>, sed et totus iustus germinabit sicut lili-  
um et florebit in aeternum ante Dominum<sup>h</sup>.

Non sic impii, non sic<sup>i</sup>, qui sepultura asini sepeliun-  
211 A tur<sup>j</sup>, et sine omni spe melioris resurrectionis subditi cor-  
ruptioni hac praesenti futuram auspicantur. De sepulcris  
30 eorum dicere coeperam, quod quantum a spurcitia illorum  
abhorret florentium species hortorum, tantum immo  
incomparabiliter amplius distat oblectatio spiritualium  
a voluptate gaudiorum carnalium.

2. Vos igitur, ni fallor, estis qui in hortis habitatis, qui  
35 scilicet in lege Domini meditamini die ac nocte<sup>k</sup>, et quot  
libros legitis tot hortos perambulatis, quot sententias  
eligitis tot poma carpitis<sup>l</sup>. Et beati quibus omnia poma  
nova et vetera servata sunt, id est tam prophetarum  
quam evangelistarum vel apostolorum eloquia reposita  
40 sunt, ut et unicuique vestrum illud sponsae ad sponsum  
211 B videatur dictum: *Omnia poma nova et vetera, dilecte mi,  
servavi tibi*<sup>1 2</sup>.

24 reflorebit *I M*: florebit *C* || 25 et *I M om. C*

f. Ps. 27,7 g. Is. 66, 14 h. Responsorium in officio Martyrum. Cf.  
Os. 14, 6 i. Ps. 1, 4 j. Jér. 22, 19 k. Ps. 1, 2 l. Cant. 7, 13

1. « In hoc sacrae lectionis pelago agnus ambulat et elephas natat. In  
catholicae doctrinae mensa juxta modum intelligentiae sufficientes singulis  
epulae apponuntur. Haec est paradisi deliciarum, hic est hortus omnium  
pomorum. » S. BERNARD, *De diversis*, 94, 2; *PL* 183, 718 A. Cf. *Missus est*,  
1, 1; *EC* IV, 14 (*PL* 183, 56 C); *Super Cant.*, 1, 1; *EC* I, 3 (*PL* 183, 785 A).

2. « Omnia ergo poma nova et vetera dilecto suo sponsa servat; quia  
sic novum testamentum ecclesia catholica recipit ut vetus non abiciat. »

Et s'il se rencontre ainsi des sépulcres dans les jardins,  
y aurait-il aussi des jardins dans les sépulcres? Il se peut,  
mais dans les sépulcres des justes. Là, certainement,  
apparaîtra la beauté exquise des jardins, lorsque sera  
venu le printemps de la résurrection des justes<sup>l</sup>, quand  
leur chair refleurira; et non seulement les os du juste  
germeront comme l'herbe<sup>g</sup>, mais aussi « le juste tout  
entier germera comme le lis et fleurira éternellement  
devant le Seigneur<sup>h</sup> ».

« Il n'en sera pas ainsi des impies; non, il n'en sera pas  
ainsi<sup>1</sup> » de ces gens dont la sépulture est semblable à celle  
de l'âne<sup>j</sup>; sans aucune espérance d'un sort meilleur à la  
résurrection, la corruption à laquelle ils sont présente-  
ment soumis annonce pour eux celle à venir. A propos  
de leurs sépulcres, j'avais commencé à dire que, autant  
la beauté des jardins en fleurs diffère de leur infection,  
autant — ou plutôt incomparablement davantage — la  
joie spirituelle est éloignée de la volupté des plaisirs  
charnels.

2. Quant à vous, si je ne me trompe, vous êtes ceux  
qui habitent dans les jardins; vous méditez en effet jour  
et nuit la loi du Seigneur<sup>k</sup>, et vous vous promenez à  
travers autant de jardins que vous lisez de livres; vous  
cueillez autant de fruits que vous recueillez de sen-  
tences<sup>l</sup>. Vous êtes bienheureux, vous pour qui tous les  
fruits, les anciens et les nouveaux, ont été gardés: je  
veux dire vous pour qui les paroles des prophètes comme  
celles des évangélistes et des apôtres ont été conservées,  
de sorte que cette parole de l'épouse à l'Époux semble  
avoir été adressée à chacun de vous: « J'ai gardé pour  
toi, mon bien-aimé, tous les fruits, les nouveaux et les  
anciens<sup>1 2</sup>. »

ROBERT DE TOMBELAINE, *In Cant.*, 7, 18; *PL* 79, 538 C. BÈDE LE VÉNÉ-  
RABLE, *In Cant.*, 6, 31; *PL* 91, 1205 A.

*Scrutamini igitur Scripturas. Vos enim non falso vitam in ipsis putatis vos habere, qui nihil aliud in illis quaeritis*  
 45 *quam Christum, cui testimonium perhibent Scripturae<sup>m</sup>. Beati plane qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum<sup>n</sup>. Mirabilia testimonia tua, Domine, ideo scrutata est ea anima mea<sup>o</sup>. Scrutinio siquidem opus est,*  
 50 *non solum ut eruantur mystica sed etiam ut sugantur moralia<sup>1</sup>. Ideoque vos qui perambulatis hortos Scripturarum, nolite negligenter et otiose transvolare, sed scrutantes singula velut apes sedulae mel de floribus, spiritum de sermonibus colligite<sup>2</sup>. Spiritus enim meus, inquit Iesus,*  
 211 C *super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum<sup>p</sup>. Ita*  
 55 *probantes quod sapiat manna absconditum, eructabitis illud davidicum : Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo<sup>q</sup>.*

3. Ab his hortis in alios, ubi requies secretior et voluptas beatior et species mirabilior, Sponsus vos, ni fallor,  
 60 *introducitur, cum intentos in laudibus suis in voce exultationis et confessionis rapit in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei<sup>r</sup>, lucem scilicet inaccessibilem<sup>s</sup> ubi habitat, ubi pascit, ubi cubat in meridie<sup>t 3</sup>. Si enim*

47 Domine *I praem.* o *M C* || 48 ea e *M C* : te a om. b d || 55 quod *I* : quid *M C* || 59 vos ni fallor *I M* : ni fallor vos *C* || 60 in <sup>1</sup> *I om.* *M C*

m. Jn 5, 39 n. Ps. 118, 2 o. Ps. 118, 129 p. Sir. 24, 27 q.  
 Ps. 118, 103 r. Ps. 41, 5 s. I Tim. 6, 16 t. Cant. 1, 6

1. Cf. *IV<sup>e</sup> Sermon pour la Purification*, § 1, l. 3-5; *II<sup>e</sup> Sermon pour l'Annonciation*, § 4, l. 156-160 : exemples de l'unité intérieure des sens mystique et moral. Voir H. DE LUBAC, *Exégèse...*, I<sup>re</sup> partie, I, p. 536 s.; deux textes cités p. 591, note 8.

2. « Quibus in hortis habitat dilecta nisi in amoenitate scripturarum, in delectatione virtutum pulchre florentium, bene olenitium, semper virentium?... nam te veraciter eduxi de Aegypto, de tenebris hujus saeculi, de servitute peccati, in terram illam fluentem lac et mel, ut habitares in

« Scrutez donc les Écritures. » Vous ne vous trompez pas, en effet, en croyant posséder en elles la vie, vous qui n'y cherchez rien d'autre que le Christ, auquel « les Écritures rendent témoignage<sup>m</sup> », « Bienheureux, assurément, ceux qui scrutent ses témoignages et le cherchent de tout leur cœur<sup>n</sup>. » « Tes témoignages sont admirables, Seigneur, c'est pourquoi mon âme les a scrutés<sup>o</sup>. » Certes, il est nécessaire de les scruter, non seulement pour en extraire les sens mystiques, mais aussi pour en sucer les applications morales<sup>1</sup>. Vous donc, qui vous promenez dans les jardins des Écritures, gardez-vous de les traverser d'un vol rapide et inactif ; mais scrutez chaque chose, et, comme des abeilles diligentes recueillent le miel des fleurs, recueillez l'esprit dans les mots<sup>2</sup>. « Car mon esprit, dit Jésus, est plus doux que le miel, et mon héritage est meilleur que le miel et le rayon de miel<sup>p</sup>. » Quand vous expérimenterez la saveur de la manne cachée, cette parole de David jaillira de vos lèvres : « Que tes paroles sont douces à mon palais, plus douces à ma bouche que le miel et le rayon de miel<sup>q</sup>. »

3. De ces jardins, l'Époux, si je ne me trompe, vous fait passer en d'autres où le repos est plus intime, la jouissance plus bienfaisante, le paysage plus admirable : c'est lorsque, appliqués à le louer en un chant d'allégresse et d'action de grâces, il vous ravit « jusqu'au lieu de la tente admirable, jusqu'à la maison de Dieu<sup>r</sup> », je veux dire la lumière inaccessible<sup>s</sup> où il réside, où il se repaît, où il repose à midi<sup>t 3</sup>. Si en effet la dévotion de ceux qui

hortis istis, in omnibus scripturarum sacramentis, ubi veraciter sunt fontes et rivi lactis et mellis, fluentes de Spiritu Dei et hominis Jesu Christi dilecti tui. » RUPERT DE DEUTZ sur ce même verset, *Cant.* 8, 13; *In Cant.*, 7; *PL* 168, 900 AB. Pour l'histoire du symbolisme des abeilles et du miel, utilisé ici par Gueric, voir H. DE LUBAC, *Exégèse...*, I<sup>re</sup> partie, I, p. 599-620; le texte même de Gueric y est cité p. 602.

3. Voir *II<sup>e</sup> Sermon pour l'Épiphanie*, § 5, l. 125-128 et les notes. Introduction, p. 49-50.

devotio psallentium vel orantium habet aliquid de illa pia  
65 curiositate quaerentium : *Rabbi, ubi habitas ?* puto quia  
211 D merentur audire : *Venite et videte. Venerunt, inquit, et*  
*viderunt, et apud eum manserunt die illo* <sup>u</sup>.

Quamdiu apud Patrem luminum sumus, *apud quem*  
*non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio* <sup>v</sup>, noc-  
70 tem nescimus, tantummodo die beato fruimur. Cum inde  
labimur, in noctem nostram recidimus <sup>1</sup>. Heu mihi : quam  
cito defecerunt dies mei <sup>w</sup>, quam cito sicut foenum arui <sup>x</sup>,  
qui quamdiu fui in horto cum illo sicut paradus Dei  
virui et florui. Cum illo hortus voluptatis <sup>y</sup> ; sine illo locus  
75 *horroris et vastae solitudinis* <sup>z</sup>.

Existimo enim, qui in hortum illius intrat, quod et ipse  
hortus fiat, sitque anima illius velut hortus irriguus <sup>a</sup>,  
ut et Sponsus in laudem eius dicat : *Hortus conclusus soror*  
212 A *mea sponsa* <sup>b</sup>. An non sunt hortus, in quibus fit quod ipse  
80 hortulanus loquitur plantationi quam plantavit Pater  
suus <sup>c</sup> ? *Audite me, inquit, divini fructus, et quasi rosa*  
*plantata super rivos aquarum fructificate. Quasi Libanus*  
*odorem suavitatis habete. Florete flores quasi lilium, date*  
*odorem et frondete in gratiam* <sup>d</sup>.

85 4. O Domine Iesu, verus hortulanus, operare in nobis  
quod exigit a nobis. Nam sine te nihil possumus facere <sup>e</sup>.  
Tu enim verus es hortulanus, idem Creator qui cultor vel  
custos horti tui, qui verbo plantas, spiritu rigas, virtute  
incrementum das <sup>f</sup>. Errabas, Maria, quae eum existimabas

64 vel *I M* : et *C* || 85 verus hortulanus mss : vere hortulane *Mab*.

u. Jn 1, 38-39    v. Jac. 1, 17    w. Ps. 89, 9    x. Ps. 101, 12    y.  
Éz. 36, 35    z. Deut. 32, 10    a. Jér. 31, 12    b. Cant. 4, 12    c.  
Matth. 15, 13    d. Sir. 39, 17-19 (audite : obaudite *Vlg*)    e. Jn 15, 5  
f. Cf. I Cor. 3, 7

psalmodient ou prient comporte quelque chose de la  
pieuse curiosité de ceux qui demandaient : « Maître, où  
habites-tu ? », je pense qu'ils mériteront d'entendre cette  
réponse : « Venez et voyez. » « Ils vinrent, dit l'Évangé-  
liste, et ils virent, et ils demeurèrent avec lui ce jour-  
là <sup>u</sup>. »

Aussi longtemps que nous sommes auprès du Père des  
lumières, « auprès duquel il n'y a ni changement ni  
obscurcissement passager <sup>v</sup> », nous ignorons la nuit et ne  
faisons que jouir du jour bienheureux. Quand nous  
retombons de là, nous nous replongeons dans notre nuit <sup>1</sup>.  
Malheureux que je suis ! Comme mes jours se sont vite  
écoulés <sup>w</sup>, comme j'ai vite séché comme l'herbe <sup>x</sup>, moi qui  
étais verdoyant et florissant comme le paradis de Dieu  
tant que je suis resté dans le jardin avec lui ! Avec lui, je  
suis un jardin de délices <sup>y</sup> ; sans lui « un lieu d'horreur et  
de vaste solitude <sup>z</sup> ».

A mon avis en effet, celui qui entre dans le jardin du  
Seigneur devient lui-même un jardin, et son âme ressemble  
à un jardin bien arrosé <sup>a</sup> ; ainsi l'Époux dira à sa louange :  
« Tu es un jardin fermé, ma sœur, mon épouse <sup>b</sup>. » Ne sont-  
ils pas un jardin, ceux en qui se réalise ce que le Jardinier  
lui-même dit à la plantation que son Père a plantée <sup>c</sup> :  
« Écoutez-moi, fruits divins, et fructifiez comme la rose  
plantée au bord des eaux. Comme le Liban, répandez une  
odeur exquise. Portez des fleurs comme le lis, et couvrez-  
vous d'un feuillage plein de charme <sup>d</sup>. »

4. Seigneur Jésus, vrai Jardinier, opère en nous ce  
que tu exiges de nous, car sans toi nous ne pouvons rien  
faire <sup>e</sup>. Oui, tu es le vrai Jardinier ; créateur, tu es aussi  
le cultivateur et le gardien de ton jardin ; tu plantes par  
ta parole, tu arroses par ton esprit, tu donnes la croissance  
par ta puissance <sup>f</sup>. Tu te trompais, Marie, en le prenant

1. Cf. encore la doctrine de S. Augustin et de S. Grégoire le Grand :  
Introduct., p. 46-48.



90 hortulanum esse illius horti pauperis et exigui, in quo  
 sepultus fuit <sup>g</sup>. Hortulanus est totius mundi, hortulanus  
 212 B est coeli, hortulanus est Ecclesiae, quam hic plantat et  
 rigat donec incremento consummato transplantet eam in  
 terra viventium secus decursus aquarum <sup>h</sup> viventium,  
 95 ubi non timebit cum venerit aestus, sed erit folium eius  
 viride, nec aliquando desinet facere fructum <sup>1</sup>. Beati qui  
 habitant in illis hortis tuis, Domine, in saecula saeculorum  
 laudabunt te <sup>j</sup> <sup>1</sup>.

Paulus habitabat in illis, cuius conversatio erat in  
 100 coelis <sup>k</sup>; qui mente saepius excedens perambulabat para-  
 disum <sup>l</sup> beatae voluptatis, hortos deliciarum Dei; ubi et  
 pertransiens rosas martyrum et lilia virginum <sup>2</sup>, desinens  
 etiam mirari altitudinem cedrorum Dei, delectabatur  
 potius carpere de fructu ligni vitae quod est in medio para-  
 105 disi <sup>m</sup>, in ipso nimirum gustans plenius et felicius quam  
 212 C suavis est Dominus <sup>n</sup>. Ideoque cum inde redibat, amicis  
 auscultantibus memoriam abundantiae suavitatis eius  
 profusius eructabat <sup>o</sup>, et ex abundantia cordis os redun-  
 dabat <sup>p</sup>. Quia enim sicut adipe et pinguedine repleta erat  
 110 anima eius <sup>q</sup>, ideo labiis exultationis laudabat os eius. Cor  
 quippe sapientis erudiet os eius, et labiis illius addet gra-  
 tiam <sup>r</sup>. Eructabat itaque cor eius verbum bonum <sup>s</sup>, ac de  
 bono thesauro bonus bona proferebat <sup>t</sup>, Sponsumque

90 esse *I om.* MC || 94 terra mss : terram *Mab.* || 113 bono thesauro  
*transp.* a

g. Jn 20, 15 h. Ps. 1, 3 i. Jér. 17, 8 (sed : et *Vlg*) j. Ps. 83, 5  
 k. Phil. 3, 20 l. II Cor. 12, 4 m. Gen. 3, 3 n. Ps. 33, 9 o. Ps.  
 144, 7 p. Matth. 12, 34 q. Ps. 62, 6 r. Prov. 16, 23 (illius : ejus  
*Vlg*) s. Ps. 44, 2 t. Matth. 12, 35

1. Sur Jésus jardinier on peut mettre en parallèle ces paroles de S. GRÉ-

pour le jardinier de ce jardin misérable et étroit où il fut  
 enseveli <sup>g</sup>; il est le jardinier du monde entier, le jardinier  
 du ciel, le jardinier de l'Église qu'il plante et arrose sur  
 cette terre, jusqu'à ce que, sa croissance achevée, il la  
 transplante dans la terre des vivants, près des eaux <sup>h</sup>  
 vives où « elle ne craindra rien quand viendra la chaleur  
 brûlante; son feuillage sera toujours vert et elle ne  
 cessera jamais de porter du fruit <sup>1</sup> ». Bienheureux ceux  
 qui habitent dans tes jardins, Seigneur! Ils te loueront  
 dans les siècles des siècles <sup>j</sup> <sup>1</sup>.

C'est dans ces jardins que demeurait Paul, dont la vie  
 était dans les cieux <sup>k</sup>; souvent ravi en esprit, il se prome-  
 nait dans le paradis <sup>l</sup> de la félicité bienheureuse, dans les  
 jardins des délices de Dieu; là, il passait devant les roses  
 des martyrs et les lis des vierges <sup>2</sup>, ne s'arrêtait même pas  
 pour admirer la hauteur des cèdres de Dieu; mais il se  
 plaisait plutôt à cueillir le fruit de l'arbre de vie qui est  
 au milieu du paradis <sup>m</sup>, et il goûtait en lui avec plus de  
 plénitude et de bonheur combien le Seigneur est doux <sup>n</sup>.  
 C'est pourquoi, lorsqu'il en revenait, il laissait jaillir avec  
 profusion, devant les amis qui l'écoutaient, le souvenir  
 de l'abondance de sa douceur <sup>o</sup>, et de sa bouche débordait  
 ce dont son cœur était plein <sup>p</sup>. Son âme avait été comme  
 remplie de moelle et de graisse <sup>q</sup>, aussi sa bouche louait-  
 elle Dieu avec des lèvres pleines d'exultation. En effet,  
 « le cœur du sage instruira sa bouche et donnera la grâce  
 à ses lèvres <sup>r</sup>. » Ainsi de son cœur jaillissait une parole  
 excellente <sup>s</sup>, et cet homme bon tirait de son bon trésor  
 de bonnes choses <sup>t</sup>, et il charmait, comme par un chant

GOIRE LE GRAND : « Forsitan nec errando haec mulier erravit, quae Jesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliter hortulanus erat, qui in ejus pectore per amoris sui semina virtutum virentia plantabat? » *Hom. in evang.*, 25, 4; *PL* 76, 1192 C.

2. « Floribus ejus nec rosae nec lilia desunt. » Répons pour la Toussaint, tiré d'une homélie attribuée à BÈDE LE VÉNÉRABLE. Voir la note au § 1, lignes 9-10 du *III<sup>e</sup> Sermon pour l'Épiphanie*.

115 ipsum qui in amicis auscultabat velut iucundo carmine oblectabat.

Prorsus carmen iucundum suavisque melodia, ubi tam canorum Spiritus sancti organum tanta morum et sermonum consonantia, tanta dulcedine amoris, tanta gratia  
212 D oris, Christum Iesum iubulum cordis sui personabat. Si  
120 enim lingua suavis vim carminis non haberet, scriptum non esset : *Tibiae et psalterium faciunt suavem melodiam, et super utraque lingua suavis* <sup>u</sup>. Si carmine huiusmodi psalmista Deum oblectari nesciret, nequaquam diceret : *Iucundum sit ei eloquium meum* <sup>v</sup>. Sed nec ipse Sponsus  
125 diceret : *Fac me audire vocem tuam* <sup>w</sup> ; *sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua suavis* <sup>x</sup>, quia exultationes Dei in faucibus tuis <sup>y</sup> tamquam habitantis in hortis, in deliciis paradisi.

E contra vero non est speciosa laus in ore peccatoris <sup>z</sup>,  
130 quia habitat in sepulcris <sup>a</sup>. Cuius enim vita Deum exasperat lingua non delectat, sed terribiliter increpatur voce divina : *Quare tu enarras iustitias meas* <sup>b</sup> ? *Cantica lyrae tuae non audiam* <sup>c</sup>.

5. Sed quoniam Scriptura, quam assumpseram in  
135 excusationem sermonis, occasionem et materiam ministravit sermonis, si placet finiamus quod de illa coeperamus. Dupliciter itaque potest intelligi quod a Sponso dicitur : *Quae habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam* <sup>d</sup> : vel quod devotum amatorem invitet ad  
140 psallendum vel orandum, vel quod sanctum praedicato-

u. Sir. 40, 21 (suavem faciunt Vig) v. Ps. 103, 34 w. Cant. 8,  
13 x. Cant. 2, 14 (suavis : dulcis Vig) y. Ps. 149, 6 z. Sir. 15,  
9 a. Is. 65, 4 b. Ps. 49, 16 c. Amos 5, 23 d. Cant. 8, 13

délicieux, l'Époux lui-même qui, présent dans ses amis, l'écoutait.

C'était assurément un chant agréable et une douce mélodie, quand un instrument aussi harmonieux de l'Esprit-Saint exprimait, avec un tel accord de la conduite et des paroles, avec une telle douceur d'amour et une telle grâce dans ses discours, le Christ Jésus, jubilation de son cœur. Si en effet une parole pleine de charme n'avait pas la vertu d'un chant, on ne lirait pas dans l'Écriture : « La flûte et le psaltérion produisent une douce mélodie, mais une langue pleine de charme surpasse l'un et l'autre <sup>u</sup>. » Si le psalmiste ne savait pas que Dieu prend plaisir à un tel chant, il ne dirait pas : « Que ma parole lui soit agréable <sup>v</sup> », et l'Époux lui-même ne dirait pas : « Fais-moi entendre ta voix <sup>w</sup> ; qu'elle résonne à mes oreilles, car ta voix est douce <sup>x</sup> », car les louanges de Dieu dans ta bouche <sup>y</sup> sont comme celles des hôtes des jardins, parmi les délices du paradis.

Mais par contre, « la louange n'est pas belle dans la bouche du pécheur <sup>z</sup> », parce qu'il habite dans les sépulcres <sup>a</sup>. Celui dont la vie irrite la colère de Dieu ne saurait le réjouir par sa langue, mais la voix divine lui adresse ces effrayants reproches : « Pourquoi récites-tu mes commandements <sup>b</sup> ? Je n'écouterai pas les sons de ta lyre <sup>c</sup>. »

5. Mais puisque le texte de l'Écriture auquel j'avais fait appel pour m'excuser de ne pas prendre la parole m'a fourni l'occasion et la matière d'un sermon, achevons, si vous le voulez bien, ce que nous avons commencé à son propos. On peut donc entendre de deux manières ces paroles de l'Époux : « O toi qui habites dans les jardins, mes amis écoutent, fais-moi entendre ta voix <sup>d</sup>. » Il peut s'agir soit d'une invitation à prier ou à psalmodier, adressée à celui qui aime le faire avec dévotion ; soit d'une exhortation à parler, adressée à un saint prédicateur. Et

rem excitet ad loquendum. Quod ut magis persuadeat, amicos auscultare memorat, angelos scilicet orantem vel psallentem, fideles praedicantem <sup>1</sup>.

Ubi primo intueamur qua disciplina cordis et corporis  
 145 nos oporteat in conspectu angelorum psallere <sup>e 2</sup> vel orare,  
 213 B ne vacui dimissi vacuos nos dimittant, qui venerant ut  
 vota deferrent et dona referrent, immo recedant inimici  
 qui venerant amici <sup>3</sup>. Quinimmo Sponsus ipse qui stat ad  
 ostium et pulsat <sup>4</sup>, si nulla ei devotio digna de intus respon-  
 150 dens aperiat, recedet conquerens et dicens : *Attendi et*  
 214 A *auscultavi ; nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui*  
*agat poenitentiam super peccato suo dicens : Quid feci ?*  
*Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu*  
*vadens in praelio <sup>5</sup>.*  
 155 Si autem praedicatorem exhortatur, fiduciam ei  
 loquendi tribuit de benevolentia et attentione auditorum :  
 quia scilicet non increduli obloquuntur aut litigant, non  
 aemuli detrectant aut subsannant, non tepidi dormitant  
 aut oscitant ; sed amici attentis auscultant ; quorum amor  
 160 et meritum possit evangelizanti impetrare verbum et  
 spiritum.

144 intueamur mss : intuemur Mab. || 145 nos om. a || 146 nos dimittant  
 transp. a || 149 devotio digna I transp. M C

e. Ps. 137, 1 f. Apoc. 3, 20 g. Jér. 8, 6 (praelio : praelium Vlg)

1. « Cui enim jam vox vocantis Dei efficitur in corde, necesse est ut proximi per praedicationis officium erumpat in voce ; et ideo alium vocet, quia jam ipse vocatus est. Unde et Sponsus quoque in Canticis Cantorum loquitur, dicens : *Quae habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.* » S. GRÉGOIRE LE GRAND, *In Ezech.*, 2, 2, 4 ; PL 76, 950-951. « Fac igitur ut dixi : *fac me audire vocem tuam*, ita ut lex Domini semper in ore tuo sit, nunc praedicando, nunc orando, nunc psallendo. His namque modis libenter audio vocem tuam, et ut amplius sapienter ac sollicito id

pour se faire plus persuasif, l'Époux fait mention de ses amis qui écoutent, et qui sont les anges, s'il s'agit de celui qui prie ou psalmodie, ou les fidèles, s'il s'agit de celui qui prêche <sup>1</sup>.

Ceci nous montre en premier lieu avec quelle discipline du cœur et du corps nous devons psalmodier <sup>e 2</sup> ou prier en présence des anges. Autrement, ils nous quitteront sans rien emporter et sans rien nous laisser, eux qui étaient venus pour emporter nos louanges et nous apporter des dons ; bien plus, ils repartiront en ennemis après être venus en amis <sup>3</sup>. Et surtout, l'Époux lui-même, qui se tient à la porte et frappe <sup>4</sup>, se retirera si nulle vraie dévotion ne lui répond de l'intérieur et ne lui ouvre ; et il fera entendre cette plainte : « J'ai prêté l'oreille et j'ai écouté, personne ne prononce une bonne parole. Nul ne fait pénitence pour son péché, en disant : Qu'ai-je fait ? Tous s'égarèrent en suivant leur course, comme un cheval qui s'élançait au combat <sup>5</sup>. »

Mais si cette exhortation s'adresse au prédicateur, l'Époux l'encourage à parler en l'assurant de la bienveillance et de l'attention de ses auditeurs : ce ne sont pas des incrédules prêts à contredire ou à contester, ni des envieux qui dénigrent ou ricanent, ni des tièdes qui sommeillent ou bâillent, mais des amis qui écoutent attentivement, et dont la charité et le mérite pourront obtenir le don de la parole et l'inspiration à celui qui les évangélise.

facias, ecce dico tibi, amici auscultant, etiam illi quos non vides corporalibus oculis, sancti scilicet angeli, juxta illud, *In conspectu angelorum psallam tibi.* » RUPERT DE DEUTZ, *In Cant.*, 7 ; PL 168, 960 B.

2. *Règle de S. Benoît*, ch. 19, 5-7.

3. « Credimus angelos sanctos astare orantibus, offerre Deo preces et vota hominum ... *In conspectu angelorum psallam tibi.* Doleo proinde aliquos vestrum gravi in sacris vigillis deprimi somno ... Vereor ne nostram desidiam quandoque abominantes cum indignatione recedant. » S. BERNARD, *Super Cant.*, 7, 4 ; EC I, 33 (PL 183, 808). Cf. *Missus est*, 3, 1 ; EC IV, 36 (PL 183, 71 C). *Ep.* 78, *Ad Sugerium*, 6 ; PL 182, 194 CD.

Et bene *amici auscultant*. Est enim velut proprium amici, scilicet quod devotus audiat vocem sponsi, sicut Ioannes ait : Amicus sponsi est qui stat, non vagans  
 165 animo aut prostratus somno, audit et gaudet gaudio  
 214 B propter vocem sponsi <sup>h</sup> quam agnoscit etiam in servis. Et nos itaque inde probemus nos amicos, ut sive per os loquentis sive legentis aut cantantis vox sponsi sonuerit <sup>i</sup>, sic stemus ad audiendum <sup>1</sup> quatenus auditui nostro det  
 170 gaudium et laetitiam <sup>j</sup>; et non solum cum gaudio suscipere verbum, sed et fructum afferre in patientia <sup>k</sup>.

165 audit *I C praem.* et *M* || 171 patientia : patientia Amen *h*

h. Jn 3, 29    i. Cant. 2, 14    j. Ps. 50, 10    k. Lc 8, 13.15

Et il est dit avec raison que « les amis écoutent ». C'est en effet le propre de l'ami d'écouter avec ferveur la voix de l'Époux, comme le dit Jean. L'ami de l'Époux se tient immobile et droit, sans laisser vagabonder son esprit ni s'allonger pour dormir; il entend et exulte de joie à la voix de l'Époux <sup>h</sup>, qu'il reconnaît même dans les serviteurs de l'Époux. Montrons-nous donc, nous aussi, ses amis, et quand la voix de l'Époux se fait entendre par la bouche de celui qui parle, lit ou chante <sup>i</sup>, tenons-nous immobiles et droits pour l'écouter <sup>1</sup>, afin qu'il donne à nos oreilles joie et allégresse <sup>j</sup>; et qu'il nous accorde non seulement d'accueillir la parole avec joie, mais aussi de porter du fruit dans la patience <sup>k</sup>.

<sup>1</sup> Cf. Règle de S. Benoît, ch. 19, 7.

## INDEX SCRIPTURAIRE

L'index comprend soit les citations proprement dites, soit les simples allusions décelées dans le texte. Il renvoie aux volumes et aux pages.

### ANCIEN TESTAMENT

#### Genèse

1, 2	I, 190	27, 27	II, 122.478
1, 27	II, 502	27, 29	II, 56
2, 6	II, 318	27, 40	II, 56
2, 7	I, 318, II, 200	29, 24-29	II, 468
2, 10	II, 70. 318	30, 24	II, 218
3, 3	II, 524	32, 23-28	II, 220.326
3, 17-18	II, 128	32, 25	II, 328.330
3, 19	I, 208	32, 28	II, 326.328.332.468
3, 20	II, 416	32, 29.30	II, 328.329
3, 24	II, 330	32, 30	I, 330
4, 7 (LXX)	I, 156	35, 11	II, 220
5, 24	II, 368	39, 6	II, 218
